» Salvador Senís David, Regente de Alcácer.
» Ezequiel Esteve, Vicario del Convento de Corpus Christi.
» Francisco Albiñana Andaní, Ecónomo de Villajoyosa.
» Vicente Esquerdo Lloret, Coadjutor de Villajoyosa.
» José Morales Galiana, Coadjutor de Villajoyosa.
» Francisco Bernabéu Seguí, Coadjutor de Villajoyosa.
» Miguel Esteve Guinart, Penitenciario de la Real Capilla de Nuestra Señora de los Desamparados.
» Manuel Badal Trenco, Coadjutor de los Santos Juanes.
» Juan Cebriá Domínguez, Penitenciario de la Real Capilla de Nuestra Señora de los Desamparados.
» Tomás Giner Cerdá, Ecónomo de Relléu.
» Francisco de Asís Anchel Brull, Coadjutor de Margarida.
» Eugenio Pérez Silvestre, Coadjutor Beneficiado de Bocairente.
» Francisco Navarro Pérez, Coadjutor de Villanueva de Castellón.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Sr. D. Salvador Escrihuela Vergen, Párroco de Jarafuel.
» Agustín Calpe Cano, Beneficiado de San Lorenzo.
» Rafael Tarín Torres, Coadjutor de Sueca.
» Vicente Crespo Pechuán, Regente de Petrés.
» Eliseo Soler Herrero.
» Francisco Lorente García, Párroco de Tabernes Blanques.
» Juan Bautista Piñón Canelles, Párroco de Benisanó.
» Miguel Giner y Greses, Capellán del Convento de Religiosas de la Zaidía.
» Jacinto Grau Magraner, Cura Regente de Alacuás.
» José Martínez Portalés, Capellán de la Beneficencia de Torrente.
» Diego Barber Zaragozí, Capellán del Convento de Religiosas del Pie de la Cruz.
» Sebastián Sivera Font, Capellán de Canals.
» Alejandro Pallarés Antoni.
» Julio Cabanes Andrés, Beneficiado de San Andrés.
» Joaquín Sanchis Izquierdo, Rector del Hospicio de la Misericordia.
» Salvador Fuster García, Capellán del Asilo de Lactancia.
» Joaquín Martínez de Salazar Bezares, Beneficiado de San Nicolás.
» Joaquín Monerris Ferrando, Beneficiado de S. Nicolás
» Juan Bautista Calatrava Rodrigo.
» José Ramón Santarrufina Montalt, Ecónomo de Chulilla.
» Joaquín Vidal Andréu, Capellán de Torrente.
» José Ruiz Bruixola, Beneficiado de San Nicolás.
» Vicente Domingo Caldés García, Coadjutor de Villanueva de Castellón.
» Pascual Vidal Riera, Capellán del Convento de Religiosas de Santa Ursula.
» Pascual Garcés, Capellán del Hospital.
» Francisco Lacal.
» Camilo Burguete, Vicario del Convento de S. Gregorio
» Sebastián Gargallo, Coadjutor de San Andrés.
» Manuel Mingarro, Beneficiado de San Nicolás.
» Pascual Gorrís, Beneficiado de San Nicolás.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Sr. D. José Machí.
» Antonio Gómez, Cura de Silla.
» Francisco Ortiz, Ecónomo de Buñol.
» José Casanova, Cura de San Juan del Hospital.
» Patricio Ruiz, Beneficiado de Santa Cruz.
» Pascual López, Beneficiado de San Bartolomé.
» Ambrosio Cava, Beneficiado de San Bartolomé.
» José Vila, Capellán de la Beneficencia.
» José Millán.
» Juan Sancho Morante, Capellán del Santo Hospital.
» Juan Ivars, Ecónomo de Jávea.
» Juan Esteve, Capellán segundo de la Beneficencia.

INDULGENCIA DE LA PORCIÚNCULA

Se puede ganar esta singularísima gracia el día 2 de Agosto, confesando, comulgando y visitando una iglesia de Religiosos Franciscos, ya sean observantes ó recoletos, reformados, descalzos, claustrales ó Capuchinos, ó de Religiosas, tanto del segundo como del tercer orden, dirigiendo en ella algunas súplicas á Dios por la concordia entre los príncipes cristianos, destrucción de las herejías y exaltación de la Santa Iglesia.

La confesión es obligatoria; pero todo el que acostumbra confesarse por lo menos una vez á la semana, y no sabe haber cometido culpa mortal desde la última confesión, queda dispensado de este requisito, según Decreto de la Sagrada Congregación de Indulgencias de 1763, aprobado por el Papa Clemente XIII.

La comunión debe recibirse por todos, sin que baste la costumbre de comulgar cada ocho días.

La confesión y la comunión pueden practicarse libremente en cualquier iglesia, sin necesidad de que sea de religiosos Franciscos, y pueden anteponerse ó posponerse á la visita, según se deduce del Decreto de la Sagrada Congregación de 1759. La comunión debe recibirse en cualquiera de los días 1 y 2 de Agosto; y la confesión puede hacerse desde el día 30 de Julio inclusive, conforme al privilegio concedido por nuestro Santísimo Padre León XIII, en 14 de Julio de 1894,

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

á petición del M. R. P. Procurador General de los Franciscanos.

La *visita* debe ser hecha en cualquiera de las horas que median desde las primeras vísperas (á poca diferencia las dos de la tarde) del día 1.° de Agosto hasta ponerse el sol del día siguiente.

Esta indulgencia es aplicable á los difuntos por Breve del Papa Inocencio II, y según la antigua y universal costumbre, sin limitación; puede, por lo tanto, ganarse *tantas cuantas veces* se repita la visita, aplicándola una vez para sí y las demás para algún difunto en particular, variándolo en cada visita.

SOCIOS INSCRITOS PARA EL CONGRESO EUCARÍSTICO DE LUGO

TITULARES

D. Alfonso Sancho y Lleó.
D. Valentín Sancho y Lleó.
D. Vicente Sancho y Lleó.
D. Julián Poy y Villarejo, Abogado.
D. Santos Alcón y Zaera.
Dr. D. Francisco Damiá, Pbro.
D. Lorenzo Borja Rochera, Cullera.
D. Vicente Peretó Sapena, Ecónomo de Carcagente.
D. José Molina Puig, Ecónomo de Villamalur.

HONORARIOS

D.ª Vicenta Tarazona.
«La Noche Eucarística.»
D.ª Carmen Galiano de Núñez Robres.
Rvda. Madre Superiora del Colegio de Loreto.
D.ª Amalia Fourrat.
D.ª Milagro Fourrat.
D.ª Ascensión Baldoví.
D.ª Ignacia Cardona, Viuda de Royo.
D.ª Manuela Miñana.
D.ª Victoria Antiga.
D.ª Carmen Greus.

Valencia: Imprenta de Nicasio Rius.—1896.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Epoca II. Sábado 8 de Agosto de 1896. N.º 1228.

BOLETÍN OFICIAL

DEL

ARZOBISPADO DE VALENCIA

SUMARIO.—Encíclica de Su Santidad el Papa León XIII sobre la Unidad de la Iglesia. (*Conclusión*).—**Sección doctrinal**: Resoluciones de la Sagrada Congregación de Ritos.—Sobre altares privilegiados.—Patronato de la Obra Pía de los Santos Lugares de Jerusalén: Relación de las cantidades recaudadas en las diversas diócesis de España.—Socios inscritos para el Congreso Eucarístico de Lugo.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS
ALIOSQVE LOCORVM ORDINARIOS
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE VNITATE ECCLESIAE

(Conclusión)

Maturo in caelum reditu, qua ipse potestate missus a Patre fuerat, eadem mittit Apostolos, quos spargere ac disseminare iubet doctrinam suam: *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docente omnes gentes... Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi bovis* [1]. Salvos fore,

1 Matth. XXVIII, 18-19-20.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

qui Apostolis paruissent, qui non paruissent, interituros: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur* [1]. Cumque illud sit providentiae Dei maxime congruens, ut muneri praesertim magno atque excellenti praeficiat neminem, quin pariter suppeditet unde liceat rite defungi, idcirco Iesus Christus missurum se ad discipulos suos Spiritum veritatis pollicitus est, eumque in ipsis perpetuo mansurum: *Si autem abiero, mittam eum* (Paraclitum) *ad vos... Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem* [2]. *Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis...*[3] *Ille testimonium perhibebit de me: et vos testimonium perhibebitis* [4]. Hinc doctrinam Apostolorum religiose accipi sancteque servari perinde imperat ac suam: *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit* [5]. Quamobrem legati Apostoli a Iesu Christo sunt non secus ac ipse legatus a Patre: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos* [6]: propterea quemadmodum dicto audientes Christo esse Apostolos ac discipulos oportuit, ita pariter fidem adhibere Apostolis debuerant, quoscumque ipsi ex mandato divino docuissent. Ergo Apostolorum vel unum repudiare doctrinae praeceptum plane non plus licuit, quam de ipsius Christi doctrina reiecisse quicquam.—Sane Apostolorum vox, illapso in eos Spiritu Sancto, quam latissime insonuit. Quacumque vestigium posuissent, perhibent se ab ipso Iesu legatos. *Per quem* (Iesum Christum) *accepimus gratiam, et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius* [7]: divinamque eorum legationem passim Deus per prodigia in aperto ponit: *Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, et sermonem confirmante, sequentibus signis* [8]. Quem vero sermonem? eum utique, qui id omne comprehenderet, quod ipsi ex magistro didicissent: palam enim aperteque testantur, nihil se eorum posse, quae viderant quaeque audierant, non loqui.

---

1 Marc. XVI, 16.
2 Ioan. XVI, 7-13.
3 Ioan. XIV, 16-17.
4 Ioan. XV, 26-27.
5 Luc. X, 16.
6 Ioan. XX, 21.
7 Rom. I, 5.
8 Marc. XVI, 20.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Sed, quod alio loco diximus, non erat eiusmodi munus apostolicum, ut aut cum personis Apostolorum interire posset, aut cum tempore labi, quippe quod et publicum esset et salutis generis humani institutum. Apostolis enim mandavit Iesus Christus ut praedicarent *evangelium omni creaturae*, et *portarent nomen ipsius coram gentibus et regibus*, et *ut sibi testes essent usque ad ultimum terrae*. Atque in tanti perfunctione muneris adfore se pollicitus eis est, idque non ad aliquot vel annos vel aetates, sed in omne tempus, *usque ad consummationem saeculi*. Quam ad rem Hieronymus: *Qui usque ad consummationem saeculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros et se numquam a credentibus recessurum* [1]. Quae quidem omnia in solis Apostolis, supremae necessitati ex humana conditione obnoxiis, qui vera esse potuissent? Erat igitur provisum divinitus ut magisterium a Iesu Christo institutum non iisdem finibus, quibus vita Apostolorum, terminaretur, sed esset perpetuo mansurum. Propagatum revera ac velut in manus de manu traditum videmus. Nam consecravere episcopos Apostoli, quique sibi proxime succederent in *ministerio verbi*, singillatim designavere.—Neque hoc tantum: illud quoque sanxere in successoribus suis, ut et ipsi viros idoneos adlegerent, quos, eadem auctoritate auctos, eidem praeficerent docendi officio et muneri: *Tu ergo, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Iesu: et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere* [2]. Qua de caussa sicut Christus a Deo, et Apostoli a Christo, sic episcopi et quotquot Apostolis successere, missi ab Apostolis sunt: *Apostoli nobis Evangelii praedicatores facti sunt a Domino Iesu Christo, Iesus Christus missus est a Deo. Christus igitur a Deo, et Apostoli a Christo, et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei... Per regiones igitur et urbes verbum praedicantes, primitias earum spiritu cum probassent, constituerunt episcopos et diaconos eorum qui crederent erant... Constituerunt praedictos, et deinceps ordinationem dederunt, ut quum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent* [3]. Permanere igitur necesse est ex una parte constans atque immutabile munus docendi omnia, quae Christus docuerat: ex altera constans atque im-

---

1 *In Math.* lib. IV, cap. 28, v. 20.
2 II Tim. II, 1-2.
3 S. Clemens Rom. Epist. I ad Corinth., cap. 42, 44.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

mutabile officium accipiendi profitendique omnem illorum doctrinam. Quod praeclare Cyprianus iis verbis illustrat: *Neque enim Dominus noster Iesus Christus, cum in Evangelio suo testaretur inimicos suos esse eos, qui secum non essent, aliquam speciem haereseos designavit: sed omnes omnino qui secum non essent et secum non colligentes, gregem suum spargerent, adversarios esse ostendit, dicens: Qui non est mecum adversus me est; et qui non mecum colligit, spargit* [1].

His Ecclesia praeceptis instituta, sui memor officii, nihil egit studio et contentione maiore, quam ut integritatem fidei omni ex parte tueretur. Hinc perduellium habere loco et procul amandare a se, qui de quolibet doctrinae suae capite non secum una sentirent. Ariani, Montanistae, Novatiani, Quartadecumani, Eutychiani certe doctrinam catholicam non penitus omnem, sed partem aliquam deseruerant: haereticos tamen declaratos, eiectosque ex Ecclesiae sinu quis ignorat fuisse? Similique iudicio damnati, quotquot pravorum dogmatum auctores variis temporibus postea consecuti sunt. *Nihil periculosius his haereticis esse potest, qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si veneni gutta, meram illam ac simplicem fidem Dominicae et exinde apostolicae traditiones inficiunt* [2]. Idem semper Ecclesiae mos, idque sanctorum Patrum consentiente iudicio: qui scilicet communionis catholicae expertem et ab Ecclesia extorrem habere consueverunt, quicumque a doctrina, authentico magisterio proposita, vel minimum discessisset. Epiphanius, Augustinus Theodoretus haereseon sui quisque temporis magnum recensuere numerum. Alia Augustinus animadvertit posse genera invalescere, quorum vel uni si quis assentiatur, hoc ipso ab unitate catholica seiungitur: *Non omnis, qui ista* (numeratas videlicet haereses) *non credit, consequenter debet se christianum catholicum iam putare vel dicere. Possunt enim et haereses aliae, quae in hoc opere nostro commemoratae non sunt, vel esse vel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, christianus catholicus non erit* [3].

Istam tutandae unitati, de qua dicimus, institutam divinitus rationem urget beatus Paulus in epistola ad Ephesios; ubi primum monet, animorum concordiam magno studio conservandam: *solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis* [4]:

1 Epist. LXIX, ad Magnum, n. 1.
2 Auctor *Tractatus de Fide Orthodoxa contra Arianos.*
3 *De Haeresibus*, n. 88.
4 IV, 3 et seqq.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

cumque concordes animi caritate esse omni ex parte non possint, nisi mentes de fide consentiant, unam apud omnes vult esse fidem: *Unus Dominus, una fides:* ac tam perfecte quidem unam, ut errandi discrimen omne prohibeat: *Ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Idque non ad tempus servari docet oportere, sed *donec occurramus omnes in unitatem fidei... in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Sed eiusmodi unitatis ubinam Iesus Christus posuit principium inchoandae, praesidium custodiendae? In eo videlicet, quod, *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos... alios autem pastores, et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi.* Quare vel inde ab ultima vetustate hanc ipsam regulam doctores Patresque et sequi consueverunt et uno ore defendere. Origenes: *Quoties autem* (haeretici) *canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis christianus consentit et credit, videntur dicere: ecce in domibus verbum est veritatis. Sed nos illis credere, non debemus, nec exire a prima et ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successionem Ecclesiae Dei tradiderunt nobis* [1]. Irenaeus: *Agnitio vera est Apostolorum doctrina... secundum successiones episcoporum... quae perveni usque ad nos custoditione sine fictione scripturarum tractatio plenissima* [2]. Tertullianus vero: *Constat proinde, omnem doctrinam, quae cum illis Ecclesiis apostolicis matricibus et originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, sine dubio tenentem quod Ecclesiae ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit... Communicamus cum Ecclesiis apostolicis, quod nulli doctrina diversa: hoc est testimonium veritatis* [3]. Atque Hilarius: *Significat* (Christus e navi docens) *eos, qui extraEcclesiam positi sunt, nullam divini sermonis capere posse intelligentiam. Navis enim Ecclesiae typum praefert, intra quam verbum vitae positum et praedicatum hi qui extra sunt et arenae modo steriles atque inutiles adiacent, intelligere non possunt* [4]. Rufinus Gregorium Nazianzenum laudat et Basilium, quod *solis divinae scripturae voluminibus operam dabant, earumque intelligentiam non ex propria praesumptione, sed ex maiorum scriptis et auctoritate sequebantur, quos et ipsos ex*

1 *Vetus interpretatio Commentariorum in Matth.*, n. 46.
2 *Contra Haereses*, lib. IV, cap. 33, n. 8.
3 *De Praescrip.* cap. XXI.
4 *Comment. in Matth.* XIII, n. 1.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat [1].

Quamobrem, id quod ex iis, quae dicta sunt, apparet, instituit Iesus Christus in Ecclesia *vivum, authenticum*, idemque *perenne magisterium*, quod suapte potestate auxit, spiritu veritatis instruxit, miraculis confirmavit: eiusque praecepta doctrinae aeque accipi ac sua voluit gravissimeque imperavit.—Quoties igitur huius verbo magisterii edicitur, traditae divinitus doctrinae complexu hoc contineri vel illud, id quisque debet certo credere, verum esse: si falsum esse ullo modo posset, illud consequatur, quod aperte repugnat, erroris in homine ipsum esse auctorem Deum: *Domine, si error est, a te decepti sumus* [2]. Ita omni amota dubitandi caussa, ullamne ex iis veritatibus potest cuiquam fas esse respuere, quin se det hoc ipso praecipitem in apertam haeresim? quin, seiunctis ab Ecclesia, doctrinam christianam una complexione repudiet universam? Ea quippe est natura fidei, ut nihil tam repugnet quam ista credere, illa reiicere. Fidem enim Ecclesia profitetur esse *virtutem supernaturalem, qua Dei, adiuvante et aspirante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem naturali rationis lumine perspectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revelantis, qui nec falli nec fallere potest* [3]. Si quid igitur traditum a Deo liqueat fuisse, nec tamen creditur, nihil omnino fide divina creditur. Quod enim Iacobus Apostolus de delicto iudicat in genere morum, idem de opinionis errore in genere fidei iudicandum: *Quicumque... offendat... in uno, factus est omnium reus* [4]: imo de opinionis errore, multo magis. Omnis enim violata lex minus proprie de eo dicitur qui unum peccavit, propterea quod maiestatem Dei legum latoris sprevisse, non nisi interpretanda voluntate, videri potest. Contra is, qui veritatibus divinitus acceptis vel uno in capite dissentiat, verissime fidem exuit funditus, quippe qui Deum, quatenus summa veritas est et *proprium motivum fidei*, recusat vereri: *In multis mecum, in paucis non mecum: sed in his paucis, in quibus non mecum, non eis prosunt multa, in quibus mecum* [5]. Ac sane merito: qui enim sumunt de doctrina christiana, quod

---

1 *Hist. Eccl.* lib. 2, cap. 9.
2 Richardus de S. Victore, *De Trin.* lib. 1, cap. 2.
3 Conc. Vat. sess. 3, cap. 3.
4 II, 10.
5 S. Augustinus, *in Psal. LIV*, n. 19.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

malunt, ii iudicio suo nituntur, non fide: iidemque minime *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi* [1], sibimetipsis verius obtemperant, quam Deo: *Qui in Evangelio quod vultis, creditis; quod vultis, non creditis, vobis potius quam Evangelio creditis* [2].

Quocirca nihil Patres in Concilio Vaticano condidere novi, sed institutum divinum, veterem atque constantem Ecclesiae doctrinam, ipsamque fidei naturam sequuti sunt, cum illud decrevere: *Fide divina et catholica ea omnia credenda sunt, quae in verbo Dei scripto vel tradito continentur, et ab Ecclesia sive solemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio tamquam divinitus revelata proponuntur* [3]. Itaque cum appareat, omnino in Ecclesia sua velle Deum unitatem fidei, compertumque sit cuiusmodi eam esse, et quo principio tuendam ipse iusserit, liceat Nobis, quotquot sunt qui non animum induxerint aures veritati claudere, iis Augustini verbis affari: *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiae condere gremio, quae usque ad confessionem generis humani ab apostolica Sede per successiones episcoporum, frustra haereticis circumlatrantibus, et partim plebis ipsius iudicio, partim Conciliorum gravitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summae profecto impietatis est, vel praecipitis arrogantiae... Et si unaquaeque disciplina, quamquam vilis et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit: quid temerariae superbiae plenius, quam divinorum sacramentorum libros et ab interpretibus suis nolle cognoscere, et incognitos velle damnare?* [4]

Hoc igitur sine ulla dubitatione est officium Ecclesiae, christianam doctrinam tueri eamque propagare integram atque incorruptam. Sed nequaquam in isto sunt omnia: imo ne finis quidem, cuius caussa est Ecclesia instituta, officio isto concluditur. Quandoquidem, ut Iesus Christus pro salute humani generis se ipse devovit, atque huc, quae docuisset quaeque praecepisset, omnia retulit, sic iussit Ecclesiam quaerere in veritate doctrinae, quo homines cum sanctos

1 II. Corinth. X, 5.
2 S. Augustinus, lib. XVII. *Contra Faustum Manichaeum*, cap. 3.
3 Sess. III, cap. 3.
4 *De Utilitate Credendi*, cap. XVII, n. 35.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

efficeret, tum salvos.—Verum tanti magnitudinem atque excellentiam propositi consequi sola fides nullo modo potest: adhiberi necesse est cum Dei cultum iustum ac pium, qui maxime sacrificio divino et sacramentorum communicatione continetur, tum etiam sanctitatem legum ac disciplinae.—Ista igitur omnia inesse in Ecclesia oportet, quippe quae Servatoris munia in aevum persequitur: religionem, quam in ea velut *incorporari* ille voluit, mortalium generi omni ex parte absolutam sola praestat: itemque ea, quae ex ordinario providentiae consilio sunt instrumenta salutis, sola suppeditat.

At vero quo modo doctrina caelestis nunquam fuit privatorum arbitrio ingeniove permissa, sed principio a Iesu tradita, deinceps ei separatim, de quo dictum est, commendata magisterio: sic etiam non singulis e populo christiano, verum delectis quibusdam data divinitus facultas est perficiendi atque administrandi divina mysteria, una cum regendi gubernandique potestate. Neque enim nisi ad Apostolos legitimosque eorum successores ea pertinent a Iesu Christo dicta: *Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium... baptizantes eos... Hoc facite in meam commemorationem... Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Similique ratione non nisi Apostolis, quique eis iure successissent, mandavit ut *pascerent*, hoc est cum potestate regerent universitatem christianorum, quos hoc ipso eis subesse debere atque obtemperare est consequens. Quae quidem officia apostolici muneris omnia generatim Pauli sententia complectitur: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei* [1].

Quapropter mortales Iesus Christus, quotquot essent, et quotquot essent futuri, universos advocavit, ut ducem se eumdemque servatorem sequerentur, non tantum seorsum singuli, sed etiam consociati atque invicem re animisque iuncti, ut ex multitudine populus existeret iure sociatus; fidei, finis, rerum ad finem idonearum communione unus, uni eidemque subiectus potestati. Quo ipse facto principia naturae, quae in hominibus societatem sponte gignunt, perfectionem naturae consentaneam adepturis, omnia in Ecclesia posuit, nimirum ut in ea, quotquot filii Dei esse adoptione volunt, perfectionem dignitati suae congruentem assequi et retinere ad salutem possent. Ecclesia igitur, id quod alias

1 I Corinth. IV, 1.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

attigimus, dux hominibus est ad caelestia, eidemque hoc est munus assignatum a Deo ut de iis, quae religionem attingunt, videat ipsa et statuat, et rem christianam libere expediteque iudicio suo administret. Quocirca Ecclesiam aut non recte norunt aut inique criminantur qui eam insimulant, velle se in civitatum rationes inferre, aut in iura potentatus invadere. Imo Deus perfecit, ut Ecclesia esset omnium societatum longe praestantissima: nam quod petit ipsa tanquam finem, tanto nobilius est quam quod ceterae petunt societates, quanto natura gratia divina, rebusque caducis immortalia sunt praestabiliora bona. — Ergo Ecclesia societas est ortu *divina:* fine, rebusque fini proxime admoventibus, *supernaturalis:* quod vero coalescit hominibus, *humana* communitas est. Ideoque in sacris litteris passim videmus vocabulis societatis perfectae nuncupatam. Nominatur enim non modo *Domus Dei, Civitas supra montem posita*, quo convenire gentes omnes necesse est: sed etiam *Ovile*, cui praesit pastor unus, et quo recipere se oves Christi omnes debent: imo *Regnum quod suscitavit Deus*, quodque *stabit in aeternum:* denique *Corpus* Christi, *mysticum* illud quidem, sed tamen vivum apteque compositum, multisque conflatum membris; quae membra non eumdem actum habent: copulata vero inter se, gubernante ac moderante capite, continentur. Iamvero nulla hominum cogitari potest vera ac perfecta societas, quin potestate aliqua summa regatur. Debet igitur Iesus Christus magistratum Ecclesiae maximum praefecisse, cui obediens ac subiecta omnis esset christianorum multitudo. Qua de caussa sicut ad unitatem Ecclesiae, quatenus est *coetus fidelium*, necessario unitas fidei requiritur, ita ad ipsius unitatem, quatenus est divinitus constituta societas, requiritur iure divino *unitas regiminis*, quae *unitatem communionis* efficit et complectitur: *Ecclesiae autem unitas in duobus attenditur: scilicet in connexione membrorum Ecclesiae ad invicem seu communicatione, et iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiae ad unum caput* [1]. — Ex quo intelligi licet, excidere homines ab Ecclesiae unitate non minus schismate, quam haeresi: *Inter haeresim et schisma hoc esse arbitrantur, quod haeresis perversum dogma habeat: schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia separetur* [2]. Qui-

1 S. Thomas, 2.ª 2.ae, q. XXXIX, a. 1.

2 S. Hieronymus, *Commentar. in Epist. ad Titum*, cap. III, v. 10-11.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

buscum illa Ioannis Chrysostomi in eamdem rem sententia concordat: *Dico et protestor, Ecclesiam scindere non minus esse malum, quam incidere in haeresim* [1]. Quamobrem si nulla potest esse honesta haeresis, pari ratione schisma nullum est, quod possit iure factum videri: *Non est quicquam gravius sacrilegio schismatis... praecidendae unitatis nulla est iusta necessitas* [2].

Quae vero et cuiusmodi summa ista potestas sit, cui christianos parere oportet universos non aliter nisi comperta cognitaque voluntate Christi statuendum. Certe in aeternum rex Christus est. itemque moderari in aeternum tuerique regnum suum e caelo non visus perseverat: sed quia conspicuum illud esse voluit, designare debuit qui gereret in terris vices suas, postea quam ipse ad caelestia rediisset: *Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesiae sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim, quod ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit: ipse enim est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se obtulit in ara crucis, et cuius virtute corpus eius in altari quotidie consecratur; et tamen quia corporaliter non cum omnibus fidelibus praesentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos praedicta fidelibus dispensaret, ut supra (cap. 74) dictum est. Eadem igitur ratione, quia praesentiam corporalem erat Ecclesiae subtracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis Ecclesiae gereret curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: Pasce oves meas* [3]. Iesus Christus igitur summum rectorem Ecclesiae Petrum dedit, idemque sanxit ut eiusmodi magistratus saluti communi ad perennitatem institutus, ad successores hereditate transferretur, in quibus Petrus ipse esset auctoritate perpetua superstes. Sane insigne illud promissum beato Petro fecit, praeterea nemini: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* [4].—*Ad Petrum locutus est Dominus: ad unum, ideo ut unitatem fundaret ex uno* [5].—*Nulla siquidem oratione praemissa... tam patrem eius, quam ipsum nomine appellat* (beatus es Simon Bar Iona), *et Simonem eum non iam vocari patitur, eum sibi pro sua pote-*

---

1 Hom. XI. *in Epist. ad Ephes.*, n. 5.
2 S. Augustinus, *Contra Epistolam Parmeniani*, lib. II, cap. 11, n. 25.
3 S. Thomas, *Contra Gentiles*, lib. IV, cap. 76.
4 Matth. XVI, 18.
5 S. Pacianus, ad Sempronium, epist. III, n. 11.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

state iam tum ut suum vindicans, sed congrua similitudine Petrum a petra vocari placuit, puta super quem fundaturus erat suam Ecclesiam [1]. Quo ex oraculo liquet, Dei voluntate iussuque Ecclesiam in beato Petro, velut aedes in fundamento consistere. Atqui fundamenti propria natura et vis est, ut cohaerentes efficiat aedes variorum coagmentatione membrorum, itemque ut operi sit necessarium vinculum incolumitatis ac firmitudinis: quo sublato, omnis aedificatio collabitur. Igitur Petri est sustinere Ecclesiam tuerique non solubili compage connexam ac firmam. Tantum vero explere munus qui possit sine potestate iubendi, vetandi, iudicandi, quae vere proprieque *iurisdictio* dicitur? Profecto non nisi potestate iurisdictionis stant civitates resque publicae. Principatus honoris ac pertenuis illa consulendi monendique facultas, quam *directionem* vocant, nulli hominum societati admodum prodesse neque ad unitatem neque ad firmitudinem queunt. Atque hanc, de qua loquimur, potestatem illa declarant et confirmant: *Et portae inferi non praeva lebunt adversus eam. —Quam autem eam? an enim petram supra quam Christus aedificat Ecclesiam? an Ecclesiam? Ambigua quippe loculio est: an quasi unam eamdemque rem, petram et Ecclesiam? Hoc ego verum esse existimo, nec enim adversus petram, super quam Christus Ecclesiam aedificat, nec adversus Ecclesiam portae inferi praevalebunt* [2]. Cuius divinae sententiae ea vis est: quamcumque visi invisique hostes vim, quascumque artes adhibuerint, numquam fore ut fulta Petro Ecclesia succumbat, aut quoquo modo deficiat: *Ecclesia vero tamquam Christi aedificium, qui sapienter aedificavit «domum suam supra petram», portarum inferi capax non est, praevalentium quidem adversus quemcumque hominem, qui extra petram et Ecclesiam fuerit, sed invalidarum adversus illam* [3]. Ergo Ecclesiam suam Deus idcirco commendavit Petro, ut perpetuo incolumem tutor invictus conservaret. Eum igitur auxit potestate debita: quia societati hominum re et cum effectu tuendae, ius imperii in eo qui tuetur est necessarium. Illud praeterea Iesus adnexuit: *Et tibi dabo claves regni caelorum*. Plane loqui de Ecclesia pergit, quam paullo ante nuncuparat *suam*, quamque ipsam velle se in Petro dixit, tamquam in fundamento, statuere. Expressam non modo *aedificii*, sed etiam

---

1 S. Cyrillus Alexandrinus, *in Evang. Ioan.* lib. II, in cap. I, v. 42.
2 Origenes, *Comment in Matth.*, tom. XII, n. 11.
3 Ib.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

regni imaginem gerit Ecclesia: ceteroqui insigne usitatum imperii claves esse, nemo nescit. Quapropter *claves regni caelorum* cum Iesus dare Petro pollicetur, potestatem et ius in Ecclesiam pollicetur daturum: *Filius vero et Patris et sui ipsius cognitionem per totum orbem illi (Petro) disseminare commissit, ac mortali homini omnem in caelo potestatem dedit, dum claves illi tradidit, qui Ecclesiam per totum orbem terrarum extendit, et caelis firmiorem monstravit* [1]. Concinunt cetera: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.* Ligandi solvendique translata locutio ius ferendarum legum, item iudicandi vindicandique designat potestatem. Quae quidem potestas tantae amplitudinis virtutisque dicitur fore, ut quaelibet decreta eius rata sit habiturus Deus. Itaque summa est planeque sui iuris, quippe quae nullam habet in terris superiorem gradu, Ecclesiamque totam et quae sunt Ecclesiae commissa, universa complectitur.

Promissum exsolvitur, quo tempore Christus Dominus, post anastasim suam, cum ter a Petro, num se diligeret plus quam ceteri, quaesisset, praecipientis in modum ei, *Pasce*, ait, *agnos meos... pasce oves meas* [2]. Nimirum quotquot essent in ovili suo futuri, omnes illi velut pastori committit: *Dominus non dubitat, qui interrogat, non ut disceret, sed ut doceret, quem elevandus in caelum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat... Et ideo quia solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur.... perfectiores ut perfectior gubernaret* [3]. Illa vero sunt pastoris officia et partes; gregi se praebere ducem, eumdemque sospitare salubritate pabulorum, prohibendo pericula, cavendo insidias, tutando a vi: brevi, regendo gubernando. Cum igitur Petrus est gregi christianorum pastor impositus, potestatem accepit gubernandi omnes homines, quorum saluti Iesus Christus profuso sanguine prospexerat: *Cur sanguinem effudit? Ut has emeret oves, quas Petro et successoribus eius tradidit* [4].

Quoniamque immutabilis communione fidei christianos omnes oportet esse invicem coniunctos, idcirco suarum virtute precum Christus Dominus impetravit Petro, ut in gerenda potestate numquam fide laberetur: *Ego autem rogavi pro*

---

1 S. Ioannes Chrysostomus, Hom. LIV, *in Matth.*, n. 2.
2 Ioan. XXI, 16-17.
3 S. Ambrosius, *Exposit. in Evang. secundum Lucam*, lib. X, nn. 175-176.
4 S. Ioannes Chrysostomus, *De Sacerdotio*, lib. II.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

te, ut non deficiat fides tua [1]. Eidem praeterea mandavit ut, quoties tempora postularent, ipse impertiret fratribus suis lumen animi et robur: *Confirma fratres tuos* [2]. Quem igitur fundamentum Ecclesiae designarat, eumdem esse vult columen fidei: *Cui propria auctoritate regnum dabat, huius fidem firmare non poterat, quem cum petram dicit, firmamentum Ecclesiae indicavit?* [3] Hinc ipse Iesus certa quaedam nomina, magnarum indicia rerum, quae *sibi potestate sunt propria, voluit esse Petro secum participatione communia* [4], *nimirum* ut ex communione titulorum appareret communio potestatis. Ita ipse, qui *lapis est angularis, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino* [5], Petrum velut *lapidem* statuit, quo fulta esse Ecclesia deberet. *Cum audisset «petra es» praeconio nobilitatus est. Quamquam autem petra est, non ut Christus petra, sed ut Petrus petra. Christus enim essentialiter petra inconcussa, Petrus vero per petram. Nam Iesus dignitates suas largitur, nec exhauritur... Sacerdos est, facit sacerdotes... petra est, petram facit* [6]. Rex idem Ecclesiae, *qui habet clavem David: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit* [7], traditis Petro *clavibus,* principem christianae reipublicae declaravit. Pariter pastor maximus, qui se ipse *pastorem bonum* nuncupat [8], *agnis atque ovibus suis* pastorem Petrum praeposuit: *Pasce agnos, pasce oves.* Quare Chrisostomus: *Eximius erat inter Apostolos, et os discipulorum et coetus illius caput... Simul ostendens ei, oportere deinceps fidere, quasi abolita negatione, fratrum ei praefecturam committit... Dicit autem: si amas me, fratribus praeesto* [9]. Demum qui confirmat *in omni opere et sermone bono* [10], mandavit Petro ut *confirmaret fratres suos.* Iure igitur Leo magnus: *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi et omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiae patribus praeponatur: ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter*

1 Luc. XXII, 32.
2 Ib.
3 S. Ambrosius, *De Fide*, lib. IV, n. 56.
4 S. Leo M. sermo IV, cap. 2.
5 Ephes. II, 21.
6 Hom. *de Poenitentia*, n. 4 in appendice opp. S. Basilii.
7 Apoc III, 7.
8 Ioan. X, 11.
9 Hom. LXXXVIII. *in Ioan.* n. 1.
10 II. Thessalon II, 16.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

regit et Christus [1]. Itemque Gregorius magnus ad Imperatorem Mauritium Augustum: *Cunctis evangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto et omnium Apostolorum Petro principi Apostolo totius Ecclesiae cura commisa est... Ecce claves regni caelestis accepit, potestas ei ligandi ac solvendi tribuitur, et cura ei totius Ecclesiae et principatus committitur* [2].

Eiusmodi autem principatum, quoniam constitutione ipsa temperationeque Ecclesiae, velut pars praecipua, continetur, videlicet ut principium unitatis ac fundamentum incolumitatis perpetuae, nequaquam cum beato Petro interire, sed recidere in eius successores ex alio in alium oportuit: *Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit* [3]. Quare Pontifices, qui Petro in episcopatu romano succedunt, supremam Ecclesiae potestatem obtinent iure divino. *Definimus, sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium totiusque Ecclesiae caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse: quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur* [4]. Similiter Concilium Lateranense IV: *Romana Ecclesia... disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christifidelium et magistra.* Antecesserat consensus antiquitatis, quae episcopos romanos sine ulla dubitatione sic semper observavit et coluit ut beati Petri legitimos successores. Quem vero lateat quot in eamdem rem extent et quam luculenta sanctorum patrum testimonia? Illud valde praeclarum Irenaei qui cum de Ecclesia romana dissereret, *ad hanc enim*, inquit, *Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam* [5]. Ac Cyprianus itidem de Ecclesia romana affirmat, eam esse *Ecclesiae catholicae radicem et matricem* [6], *Pe-*

1 Sermo IV, cap. 2.
2 *Epistolarum*, lib. V, epist. XX.
3 S. Leo M. sermo III, cap. 3.
4 *Concilium Florentinum.*
5 *Contra Haereses*, lib. III, cap. 3, n. 2.
6 Epist. XLVIII, ad Cornelium, n. 3.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

tri Cathedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est [1]. *Cathedram* Petri appellat quippe quam insidet Petri successor: *Ecclesiam principalem* ob principatum Petro ipsi et legitimis successoribus collatum: *unde unitas exorta,* quia in christiana republica caussa efficiens unitatis est Ecclesia romana. Quare Hieronymus iis verbis Damasum affatur: *Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor... Beatitudini tuae, id est Cathedrae Petri communione consocior. Superillam petram aedificatam Ecclesiam scio* [2]. Sollemne illi est, catholicum hominem ex coniunctione cum romana Petri sede internoscere: *Si quis Cathedrae Petri iungitur, meus est* [3]. Neque absimili ratione Augustinus, palam testatus, *in romana Ecclesia semper Apostolicae cathedrae viguisse principatum* [4], negat esse catholicum, quicumque a fide romana dissentiat: *Non crederis veram fidem tenere catholicam, qui fidem non doces esse servandam romanam* [5]. Item Cyprianus: Communicare cum Cornelio, *hoc est cum catholica Ecclesia communicare* [6]. Similiter Maximus Abbas hanc verae fidei veraeque communionis notam esse docet, subesse Pontifici romano: *Itaque si vult haereticus non esse neque audire, non isti aut illi satisfaciat... Festinet pro omnibus sedi romanae satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum praedicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mii similes suadendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimae romanorum Ecclesiae beatissimum Papam, id est Apostolicam Sedem.* Cuius rei caussam rationemque in eo affirmat residere, quod *ab ipso incarnato Dei verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum quae in toto terrarum orbe sunt sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi et solvendi. Cum hoc enim ligat et solvit, etiam in caelo Verbum, quod caelestibus virtutibus principatur* [7]. Quod igitur erat in fide christiana, quod non una gens, aut una aetas, sed aetates omnes, et Oriens pariter atque Occidens agnoscere atque observare consueverat, id meminit, nullo con-

---

1 Epist. LIX, ad eumd., n. 14.
2 Epist. XV. ad Damasum, n. 2.
3 Epist. XVI, ad Damasum, n. 2.
4 Epist. XLIII, n. 7.
5 Sermo CXX, n. 13.
6 Epist. LV, n. 1.
7 *Defloratio ex Epistola ad Petrum illustrem.*

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

tradicente, ad Ephesinam Synodum Philippus presbyter, a Pontifice legatus: *Nulli dubium est, imo saeculis omnibus notum, quod sanctus beatissimusque Petrus, Apostolorum princeps et caput, fideique columna et Ecclesiae catholicae fundamentum, a Domino nostro Iesu Christo, salvatore humani generis ac redemptore, claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est, qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et iudicium exercet* [1]. Eademque de re in omnium cognitione versatur Concilii Chalcedonensis sententia: *Petrus per Leonem... loquutus est* [2]: cui vox Concilii Constantinopolitani III resonat, tamquam imago: *Summus nobiscum concertabat Apostolorum princeps: illius enim imitatorem et Sedis successorem habuimus fautorem... charta et atramentum videbatur, et per Agathonem Petrus loquebatur* [3]. In formula catholicae professionis ab Hormisda conceptis verbis, ineunte saeculo sexto, proposita, cui tum Iustinianus Imperator, tum Epiphanius, Ioannes, et Menna Patriarchae subscripserunt, illud est magna vi sententiarum declaratum: *Quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis:* Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam... *haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica citra maculam semper est catholica servata religio* [4]. Nolumus quidem persequi singula: libet tamen formulam fidei meminisse, quam Michael Palaeologus in Concilio Lugdunensi II professus est: *Ipsa quoque sancta romana Ecclesia summum et plenum primatum et principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinet, quem se ab ipso Domino in beato Petro, Apostolorum principe sive vertice, cuius romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent iudicio definiri* [5].

Si Petri eiusque successorum plena ac summa potestas est, ea tamen esse ne putetur sola. Nam qui Petrum Ecclesiae fundamentum posuit, idem *elegit duodecim... quos et apostolos nominavit* [6]. Quo modo Petri auctoritatem in romano Pontifice

---

1 Actio III.
2 Actio II.
3 Actio XVIII.
4 Post Epistolam XXVI, ad omnes Episc. Hispan., n. 4.
5 Actio IV.
6 Luc. VI, 13.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

perpetuam permanere necesse est, sic Episcopi, quod succedunt Apostolis, horum potestatem ordinariam hereditate capiunt; ita ut intimam Ecclesiae constitutionem ordo episcoporum necessario attingat. Quamquam vero neque plenam neque universalem ii, neque summam obtinent auctoritatem, non tamen *vicarii* romanorum pontificum putandi, quia potestatem gerunt sibi propriam, verissimeque populorum, quos regunt, antistites *ordinarii* dicuntur.

Verum quia successor Petri unus est, Apostolorum permulti, consentaneum est perspicere quae sint istorum cum illo, divina constitutione, necessitudines.—Ac primo quidem coniunctionis episcoporum cum eo qui Petro succedit, non obscura est neque dubia necessitas: hoc enim soluto nexu, solvitur ac diffluit multitudo ipsa christianorum, ita plane ut nullo pacto queat unum corpus conflare unumque gregem: *Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exsors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesia efficientur schismata, quot sacerdotes* [1]. Idcirco ad id praestat advertere animum: nihil esse Apostolis seorsum a Petro collatum; plura seorsum ab Apostolis ac separatim Petro. Ioannes Chrysostomus in Christi edisserenda sententia (Ioann. XXI, 15) cum percontatus esset. *Cur, aliis praetermissis, de his Christus Petrum alloquitur?* omnino respondet: *Eximius erat inter Apostolos, et os discipulorum, et coetus illius caput* [2]. Hic enim unus designatus a Christo est fundamentum Ecclesiae: ipsi *ligandi* copia *solvendique* permissa, eidemque *pascendi* data potestas uni. Contra quidquid auctoritatis ac muneris accepere Apostoli, coniuncte cum Petro accepere: *Divina dignatio si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit* [3]. *Ut cum multa solus acceperit, nihil in quemquam sine ipsius participatione transierit* [4]. Ex quo plane intelligitur, excidere episcopos iure ac potestate regendi, si a Petro eiusve successoribus scientes secesserint. Nam a fundamento, quo totum debet aedificium niti, secessione divelluntur; itaque exclusi *aedificio* ipso sunt: ob eamdemque caussam ab *ovili* seiuncti, cui dux est pastor maximus, *regnoque* extorres, cuius uni Petro datae divinitus claves.

---

1 S. Hieronymus, Dialog. *Contra Luciferianos*, n. 9.
2 Hom. LXXXVIII, *in Ioan.* n. 1.
3 S Leo M. sermo IV, cap. 2.
4 Ib.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Quibus rebus rursus noscimus in constituenda christiana republica caelestem descriptionem mentemque divinam. Videlicet cum Ecclesiam divinus auctor fide et regimine et communione unam esse decrevisset. Petrum eiusque successores delegit in quibus principium foret ac velut centrum unitatis. Quare Cyprianus: *Probatio est ad fidem facilis compendio veritatis. Loquitur Dominus ad Petrum:* Ego tibi dico, *inquit.* Quia tu es Petrus... *Super unum aedificat Ecclesiam. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, et dicat: sicut misit me Pater..., tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit* [1]. Atque Optatus Milevitanus: *Negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo Cathedram episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde et Cephas appellatus est: in qua una Cathedra unitas ab omnibus servaretur: ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut iam schismaticus et peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret* [2]. Unde est illa ipsius Cypriani sententia, cum haeresim tum schisma ex eo ortum habere gignique, quod debita supremae potestati obedientia abiicitur: *Neque enim aliunde haereses obortae sunt aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus iudex vice Christi cogitatur* [3]. Nemo igitur, nisi cum Petro cohaereat, participare auctoritatem potest, cum absurdum sit opinari, qui extra Ecclesiam est, eum in Ecclesia praeesse. Quare Optatus Milevitanus reprehendebat hoc nomine Donatistas: *Contra quas portas* (inferi) *claves salutares accepisse legimus Petrum, principem scilicet nostrum, cui a Christo dictum est. tibi dabo claves regni caelorum, et portae inferi non vincent eas. Unde est ergo, quod claves regni caelorum vobis usurpare contenditis, qui contra cathedram Petri.... militatis?* [4]

Sed Episcoporum ordo tunc rite, ut Christus iussit, colligatus cum Petro putandus, si Petro subsit eique pareat: secus in multitudinem confusam ac perturbatam necessario delabitur. Fidei et communionis unitati rite conservandae; non gerere honoris caussa priores partes, non curam agere satis est;

---

1 *De Unit. Eccl.*, n. 4.
2 *De Schism. Donat.*, lib. II.
3 Epist. XII. ad Cornelium, n. 5.
4 Lib. II, n. 4, 5.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

sed omnino auctoritate est opus vera eademque summa, cui obtemperet tota communitas. Quid enim Dei Filius spectavit, cum claves regni caelorum *uni* pollicitus est Petro? Summum fastigium potestatis nomine *clavium* eo loco designari, *usus biblicus* et Patrum consentientes sententiae dubitari non sinunt. Neque secus interpretari fas est, quae vel Petro separatim tributa sunt, vel Apostolis coniunctim cum Petro. Si ligandi, solvendi, pascendique facultas hoc parit in episcopis, successoribus Apostolorum, ut populum quisque suum vera cum potestate regat, certe idem parere eadem facultas in eo debet, cui pascendi *agnos* et *oves* assignatum est, Deo auctore, munus: *Non solum pastorem (Petrum), sed pastorum pastorem (Christus) constituit: pascit igitur Petrus agnos, pascit et oves, pascit filios. pascit et matres: regit subditos, regit et praelatos quia praeter agnos et oves in Ecclesia nihil est* [1] Hinc illae de beato Petro singulares veterum locutiones, quae in summo dignitatis potestatisque gradu locatum luculente praedicant. Appellant passim *principem coetus discipulorum: sanctorum Apostolorum principem: chori illius coryphaeum: os Apostolorum omnium: caput illius familiae: orbis totius praepositum: inter Apostolos primum: Ecclesiae columen.* Quae omnia concludere Bernardus iis verbis videtur ad Eugenium Papam: *Quis es? Sacerdos magnus, summus Pontifex. Tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum... Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae sunt. Sunt quidem et alii caeli ianitores et gregum pastores; sed tu tanto gloriosius, quanto et differentius utrumque prae ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi universi crediti, uni unus, nec modo ovium, sed et pastorum, tu unus omnium pastor. Unde id probem quaeris. Ex verbo Domini. Cui enim, non dico episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute et indiscrete totae commissae sunt oves? Si me amas, Petre, pasce oves meas. Quas? illius vel illius populos civitatis aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit: cui non planum, non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur, ubi distinguitur, nihil* [2].

Illud vero abhorret a veritate, et aperte repugnat constitutioni divinae, iurisdictioni romanorum Pontificum episcopos subesse *singulos*, ius esse; *universos*, ius non esse. Haec enim omnis est caussa ratioque fundamenti, ut unitatem sta-

1 S. Brunonis Episcopi Signiensis *Comment. in Ioan.* part. III, cap. 21, n. 56.
2 *De Consideratione*, lib. II, cap. 8.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

bilitatemque toti potius aedificio, quam *partibus* eius *singulis* tueatur. Quod est in caussa, de qua loquimur, multo verius, quia Christus Dominus fundamenti virtute confieri voluit, ut portae inferi non praevaleant adversus Ecclesiam. Quod promissum divinum constat inter omnes de Ecclesia universa intelligi oportere, non de singulis eius partibus, quippe quae utique vinci inferorum impetu possunt, nonnullisque earum, ut vincerentur, singillatim evenit. Rursus, qui gregi praepositus est universo, eum non modo in oves dispersas, sed prorsus in multitudinem insimul congregatarum habere imperium necesse est. Num regat agatque pastorem suum universitas ovium? Num succesores Apostolorum, simul coniuncti, fundamentum sint, quo Petri succesor, adipiscendi firmamenti caussa, innitatur? Profecto cuius in potestate sunt claves regni, ei ius atque auctoritas est non tantum in provincias singulares, sed in universas simul: et quo modo episcopi in regione quisque sua non solum privato cuique, sed etiam communitati vera cum potestate praesunt, ita Pontifices romani, quorum potestas christianam rempublicam totam complectitur, omnes eius partes, etiam una collectas, subiectas atque obedientes habent potestati suae. Christus Dominus, quod iam dictum satis, Petro eiusque successoribus tribuit ut essent *vicarii* sui, atque eamdem in Ecclesia perpetuo gererent potestatem, quam ipsemet gesserat in vita mortali. Num Apostolorum collegium magistro suo praestitisse auctoritate dicatur?

Hanc vero, de qua dicimus, in ipsum episcoporum collegium potestatem, quam sacrae litterae tam aperte enuntiant, agnoscere ac testari nullo tempore Ecclesia destitit. Illa sunt in hoc genere effata Conciliorum: *Romanum pontificem de omnium Ecclesiarum praesulibus iud'casse legimus: de eo vero quemquam iudicasse, non legimus* [1]. Cuius rei ea ratio redditur, quod *auctoritate Sedis Apostolicae maior non est* [2]. Quare de Conciliorum decretis Gelasius: *Sicut id quod prima Sedes non probaverat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandum, Ecclesia tota suscepit* [3]. Sane Conciliorum consulta et decreta, rata habere vel infirmare semper romanorum Ponti-

---

1 Hadrianus II, *in Allocutione III* ad Synodum Romanam an. 869. Cf. Actionem VII Concilii Constantinopolitani IV.

2 Nicolaus in epist. LXXXVI, Ad Michael. Imperat. — *Patet profecto Sedis Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio.*

3 Epist. XXVI. ad Episcopos Dardaniae, n. 5.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

ficum fuit. Conciliabuli Ephesini acta rescidit Leo magnus: Ariminensis, reiecit Damasus: Constantinopolitani, Hadrianus I; canonem vero XXVIII Concilii Chalcedonensis, quod assensu et auctoritate caruit Sedis Apostolicae, velut incassum quiddam constat iacuisse. Recte igitur in Concilio Lateranensi V Leo X statuit: *Solum romanum Pontificem, pro tempore existentem, tamquam auctoritatem super omnia concilia habentem, tam Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum ius ac potestatem habere, nedum ex sacrae Scripturae testimonio dictisque Patrum ac aliorum romanorum Pontificum, sacrorumque canonum decretis, sed propria etiam eorumdem Conciliorum confessione manifeste constat.* Sane claves regni caelorum uni creditas Petro, item ligandi solvendique potestatem Apostolis una cum Petro collatam, sacrae litterae testantur: at vero summam potestatem *sine Petro* et *contra Petrum* unde Apostoli acceperint, nusquam est testatum. Profecto a Iesu Christo nullo pacto accepere.—Quibus de caussis, Concilii Vaticani decreto, quod est de vi et ratione primatus Romani Pontificis, non opinio est invecta nova, sed vetus et constans omnium saeculorum asserta fides [1].

Neque vero potestati geminae eosdem subesse, confusionem habet administrationis. Tale quicquam suspicari, primum sapientia Dei prohibemur, cuius consilio est temperatio isthaec regiminis constituta. Illud praeterea animadvertendum, tum rerum ordinem mutuasque necessitudines perturbari, si bini magistratus in populo sint eodem gradu, neutro alteri obnoxio. Sed romani pontificis potestas summa est, universalis, planeque sui iuris; episcoporum vero certis circumscripta finibus, nec plane sui iuris: *Inconveniens est, quod duo aequaliter super eumdem gregem constituantur. Sed quod duo quorum unus alio principalior est, super eamdem plebem constituantur, non est inconveniens; et secundum hoc super eamdem plebem immediate sunt et Sacerdos parochialis et Episcopus et Papa* [2]. Romani autem Pontifices, officii sui memores, maxime omnium conservari volunt quidquid est in Ecclesia divinitus constitutum: propterea quemadmodum potestatem suam ea qua par est cura vigilantiaque tuentur, ita et dedere et dabunt constanter operam ut sua Episcopis auctoritas salva sit.

---

1 Sess. IV, cap. 3.

2 S. Thomas *in IV. Sent.* dist. XVII, a. 4, ad q. 4, ad 3.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Imo quidquid Episcopis tribuitur honoris, quidquid obsequii, id omne sibimetipsis tributum deputant. *Meus honor est honor universalis Ecclesiae. Meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur* [1].

His quae dicta sunt, Ecclesiae quidem imaginem atque formam ex divina constitutione fideliter expressimus. Plura persecuti de unitate sumus; cuiusmodi hanc esse, et quo conservandam principio divinus auctor voluerit, satis explicavimus. Quotquot divino munere beneficioque contigit, ut in sinu Ecclesiae catholicae tamquam ex ea nati vivant, eos vocem Nostram apostolicam audituros, non est cur dubitemus: *Oves meae vocem meam audiunt* [2]. Atque in facile sumpserint quo et erudiantur plenius, et voluntate propensiore cum pastoribus quisque suis et per eos cum pastore summo cohaereant, ut tutius queant intra ovile unicum permanere, fructuumque ex eo salutarium maiorem ubertatem capere. Verum aspicientibus Nobis *in auctorem fidei et consummatorem Iesum* [3], cuius vicaria potestate, tametsi impares dignitati et muneri, fungimur, caritate eius inflammatur animus; illudque de se a Christo dictum, de Nobismetipsis non sine caussa usurpamus: *Alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient* [4]. Nos igitur audire et caritati Nostrae paternae obsequi ne recusent, quotquot sunt, qui impietatem tam late fusam oderunt, et Iesum Christum Filium Dei eumdemque servatorem generis humani agnoscunt et fatentur, sed tamen vagantur ab eius Sponsa longius. Qui Christum sumunt, totum sumant necesse est: *Totus Christus caput et corpus est: caput unigenitus Filius Dei, corpus eius Ecclesia: sponsus et sponsa, duo in carne una. Quicumque de ipso capite a Scripturis sanctis dissentiunt, etiamsi in omnibus locis inveniantur in quibus Ecclesia designata est, non sunt in Ecclesia. Et rursus, quicumque de ipso capite Scripturis sanctis consentiunt, et unitati Ecclesiae non communicant, non sunt in Ecclesia* [5]. Ac pari studio ad eos provolat animus No-

1 S. Gregorius M. *Epistolarum* lib. VIII, epist. XXX, ad Eulogium.
2 Ioan, X. 27.
3 Hebr., XII. 2.
4 Ioan. X. 16.
5 S. Augustinus, *Contra Donatistas Epistola, sive De Unit. Eccl.* cap. IV, n. 7.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

ster, quos impietatis non funditus corrupit pestilens afflatus, quique hoc saltem expetunt, sibi patris esse loco Deum verum, terrae caelique opificem. Hi quidem apud se reputent ac plane intelligant, numerari se in filiis Dei nequaquam posse, nisi fratrem sibi Iesum Christum simulque Ecclesiam matrem adsciverint. Omnes igitur peramanter, sumpta ex Augustino ipso sententia, compellamus: *Amemus Dominum Deum nostrum, amemus Ecclesiam eius: illum sicut patrem, istam sicut matrem. Nemo dicat: ad idola quidem vado, arreptitios et sortilegos consulo, sed tamen Dei Ecclesiam non relinquo: catholicus sum. Tenens matrem, offendisti patrem. Alius item dicit: absit a me, non consulo sortilegum. non quaero arreptitium, non quaero divinationes sacrilegas, non eo ad adoranda daemonia, non servio lapidibus: sed tamen in parte Donati sum. Quid tibi prodest non offensus pater, qui offensam vindicat matrem? Quid prodest si Dominum confiteris, Deum honoras, ipsum praedicas, Filium eius agnoscis, sedentem ad Patris dexteram confiteris, et blasphemas Ecclesiam eius?... Si haberes aliquem patronum, cui quotidie obsequereris; si unum crimen de eius coniuge diceres, num quid domum eius intrares? Tenete ergo, carissimi, tenete omnes unanimiter Deum patrem et matrem Ecclesiam* [1].

Plurimum misericordi Deo confisi, qui maxime potest animos hominum permovere, et unde vult, et quo vult, impellere, benignitati eius universos, quos in oratione spectavimus, vehementer commendamus. Caelestium vero donorum auspicem et benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXIX Iunii, An. MDCCCXCVI, Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

---

1 *Enarratio in Psal. LXXXVIII*, sermo II, n. 14.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

SECCIÓN DOCTRINAL

RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

Quamplures Regulares, ratione suae vocationis et praedicationis, quotannis per Quadragesimam totam, per menses Maii et Octobris et per alia quoque tempora Sacrum peragunt extra suas Ecclesias; eaque de causa obtinuerunt ab Apostolica Sede privilegium celebrandi Missam iuxta kalendarium proprii Ordinis, quando color concordat cum colore Officii Ecclesiae in qua celebrant. Praeterea iidem Regulares habent privilegium, iuxta quod concessio illis per Apostolicam Sedem semel facta, iam amplius non debet revocata censeri, nisi de praedicta concessione fiat mentio specialis, vel saltem habeatur clausula revocatoria privilegii, etiam speciali mentione digni. Hinc quaesitum est: *Utrum Regulares, de quibus in casu, comprehendantur sub decreto Sacrorum Rituum Congregationis die 9 Decembris 1895 edito?*

Sacra autem Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, atque audito voto Commissionis Liturgicae, omnibus rite perpensis, respondendum censuit: *Affirmative.*

Atque ita declaravit ac rescripsit. Die 8 Februarii 1896.— Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.* — Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

SENOGALLIEN

Rector cuiusdam Ecclesiae Parochialis intra fines Dioeceseos Senogalliensis, de consensu sui Ordinarii, sequens Dubium enodandum Sacrae Rituum Congregationi humillime proposuit, nimirum: An in feretro vel tumulo, dum pro aliquo defuncto exequiae fiunt, tam praesente, quam absente cadavere, exponi valeat eiusdem defuncti imago; et quatenus negative, an saltem tolerari possit huiusmodi usus, ubi viget.

Et Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, rescribendum censuit:

Ad Dubium: *Negative quoad primam partem; et quoad alteram: Curandum ut eliminetur abusus.*

Atque ita rescripsit. Die 30 Aprilis 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praef.*—Aloisius-Tripepi, *Secretarius.*

AMALPHITANA

Rmus. Dnus. Henricus de Dominicis, Archiepiscopus Amalphitanus, ad instantiam Redactores Kalendarii Archidioeceseos sibi concreditae, Sacram Rituum Congregationem pro insequentium Dubiorum solutione humillime rogavit; nimirum:

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

I. An Officia votiva, semel in mense concessa, peragi queant infra Octavas non Privilegiatas; et quatenus negative: An expetendum sit Indultum?

II. Utrum omitti possit Officium *ad libitum*, ut recitetur Officium Votivum semel in mense concessum; et quatenus affirmative: Utrum Officium *ad libitum* omissum transferri valeat in alium diem?

Et sacra eadem Congregatio, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, respondendum censuit:

Ad I: *Negative ad primam partem: Non expedire ac secundam.*

Ad II: *Affirmative ad primam quaestionem: Negative ad secundam.*

Atque ita rescripsit. Die 8 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.*—Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI DE OBSERVANTIA

Rmus. P. Commissarius Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci in Hispania a Sacra Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem supplicibus votis postulavit; scilicet:

An per recentiores eiusdem Sacra Rituum Congregationis praescriptiones et declarationes abrogatum fuerit privilegium Hispanis concessum a s. m. Pio Papa V, per Breve 17 Decembris 1570. «Ad hoc nos Deus», quo in iis partibus Missae solemnes, quae canuntur, statuitur et praecipitur, ut *eae iuxta Ecclesiae Toletanae formam in Hispaniarum Regnis ab antiquissimo tempore receptam, decantentur?*

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate expensis, rescribendum censuit: *Negative*; *et Detur Decretum die 7 Iulii 1894 editum.*

Atque ita rescripsit. Die 8 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.*—Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

GERUNDEN

Sacerdos Michael Camos, Confessarius et Capellanus Monialium Cisterciensium Monasterii *de Chatinis* Civitatis et Dioeceseos Gerundensis, sequentium Dubiorum solutionem á Sacra Rituum Congregatione humillime flagitavit: Quum iuxta Rituale Cisterciense, Communio et Extrema Unctio administrandae sint infirmis cum alba et stola et pro ipsarum Communione afferri debeant in Calice tot Particulae, quot sunt infirmae communicandae, ac praeberi ultimae communicatae, aut proiici in ignem, vinum et aqua ablutionis Calicis, quaeritur:

I. Utrum, quando Sacerdos saecularis administrat praefatis Monialibus Sacramenta, teneatur servare Rituale Cisterciense, an potius uti debeat Rituali Romano?

II. Si servandum sit Rituali Cisterciense, permittiturne saltem adhiberi superpelliceum loco albae et pro Communio-

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

ne loco Calicis, Pixidem cum pluribus Particulis, iuxta Ritum Romanum?

III. Utrum in translatione cadaverum Monalium e loco superiore Monasterii ad Chorum inferiorem, et in earum exequiis, exclusa Missa Conventuali, servari possit Rituale et Missale Romanum iuxta consuetudinem vigentem?

Et Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisito voto alterius ex Consultoribus ipsius Sacrae Congregationis, propositis Dubiis respondendum censuit:

Ad I. *Sacerdos saecularis, de quo in casu, debet uti Rituali Romano.*

Ad II. *Provisum in primo.*

Ad III. *Affirmative, dummodo lex clausurae in eiusmodi translationibus non violetur.*

Atque ita rescripsit. Die 8 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.*—Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

SOBRE ALTARES PRIVILEGIADOS

Bajo este epígrafe nos proponemos esclarecer una cuestión que, si como todas las demás referentes á la misma materia, dependen del tenor del privilegio, se ha prestado no obstante á interpretaciones distintas y apreciaciones contradictorias; lo que equivale á decir que no es fácil la solución, ateniéndonos sólo á la forma en que se concede el privilegio. ¿Pueden separarse la Misa y la Indulgencia del altar privilegiado? O en otros términos: ¿Tiene valor la indulgencia plenaria en sufragio de un alma del Purgatorio cuando no se aplica la Misa por la misma?

Debemos advertir, ante todo, que la aplicación de la Misa y la de la Indulgencia se distinguen realmente y pueden referirse á objeto distinto. De ordinario no se puede aplicar el privilegio personal y local á muchas almas; de modo que, en una Misa aplicada por varios difuntos, es necesario que la Indulgencia se limite á uno de ellos [1]: mas no siempre se ha tenido por cosa cierta que la aplicación de la indulgencia aneja al altar privilegiado deba referirse necesariamente á la misma alma por quien se aplicaba la Misa. Craisson *(Manuale*

1 II. *Num apud Trapenses in Missa, quae quotidie celebratur pro pluribus (fatribus scilicet et benefactoribus) indulgentia altaris ad unam ex his limitetur.*

III. *Num privilegium inutile evaserit, ex eo quod uni ex iis determinatae animae non consueverit applicari.*

Resp.: Ad II, Affirmative. Ad III, Negative. 19 Iunii 1880.—(Acta S. Sedis XIII, 131).

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Iuris canonici, núm. 3.540) cita un Decreto de la Sagrada Congregación de 31 de Enero de 1848, y dice que puede ser independiente ó distinta una y otra aplicación, siempre que la concesión del privilegio no diga lo contrario. Bucceroni *(Encheridion núm. 1.089)* cita el mismo Decreto de 1848, cuya doctrina, expuesta por el teólogo consultor, puede resumirse en los puntos siguientes:

1.° El Sacrificio [1] y la Indulgencia del altar privilegiado no pueden dividirse, sino que deben aplicarse por un mismo difunto, cuando dice el privilegio *qui pro defuncto Missam in tali Altari dixerit, liberat animam eius.*

2.° No pueden separarse tampoco, cuando la fundación ó el que dió el estipendio exigen la Misa en el altar privilegiado.

3.° Pueden separarse, cuando en el Indulto no se lee: *pro defunctis.*

4.° Pueden también separarse cuando el Sacerdote tiene encargada la celebración del Sacrificio en un altar no privilegiado, y siempre que el altar en que se celebra no exija para ganar la Indulgencia la aplicación de la Misa.

De donde resulta que, por regla general, la aplicación de la Misa y la de la Indulgencia no van mutuamente unidas, si el altar ó el que dió el estipendio no exigen otra cosa.

Hoy, no obstante, ha prevalecido la opinión de que no pueden dividirse [2] la aplicación de la Misa y la de la Indulgencia, por las razones que insertamos á continuación:

1.ª Las resoluciones antes citadas se refieren á una duda especulativa y no se limitan á la indulgencia de altar privilegiado.

2.ª Aunque los frutos de la Misa y los de la Indulgencia sean por sí separables, puesto que reconocen origen distinto; sin embargo, dependiendo de la intención de la Iglesia la unión ó separación de los mismos, y siendo evidente é indudable que, según las concesiones ó privilegios que el Romano Pontífice concede, es tal la naturaleza del altar privilegiado, que no puede aplicarse la Indulgencia sino al difunto por quien se celebra el Santo Sacrificio, se sigue legítimamente: 1.° Que, aun dado caso que el indulto ó privilegio no diga que se aplique la Misa por el mismo difunto, no puede, sin embar-

---

1 *Decreta authentica Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, ab anno 1668 ad annum 1882, edita iussu et auctoritate Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII. Rutisbonae, etc., Typis Friderici Puntet, 1883.*

2 B. Melata, *Analecta Ecclesiastica*, Febrero de 1895.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

go, celebrarse por el alma de otro, si se ha de ganar Indulgencia. 2.° Que el Sacerdote, al celebrar en altar privilegiado, si aplica la Misa por solos vivos, no puede aplicar la Indulgencia; y esto consta por el Decreto del Santo Oficio *(8 de Julio de 1846.)*

Que la Iglesia, en los privilegios que ordinariamente concede, habló siempre en este sentido, lo prueban el P. Teodoro del Espíritu Santo *(De Indulgentiis),* y el P. Beringer *(Les indulgences),* que se apoyan en el siguiente Decreto:

Utrum Indulgentia plenaria altaris privilegiati personalis 1.° debeat a Sacerdote qui actum caritatis emisit, applicari animae, pro quo Missam celebrat? Aut 2.° possit applicari pro libito cuivis defuncto? Resp. Ad primam partem Affirmative: hoc enim modo privilegium altaris conceditur a Summo Pontifice.—Ad secundam... provisum in responsione ad partem primam.—19 de Diciembre de 1885.—(Acta S. Saedis, XVIII, *337.)*

Para mayor confirmación de la doctrina que de la respuesta preinserta han deducido los canonistas contemporaneos á que antes hicimos referencia, creemos conveniente advertir que, aun prescindiendo de que la aplicación de la indulgencia se haga inmediatamente por la Iglesia ó por el Sacerdote, es cierto de todas maneras que se trata de un acto potestativo de la Iglesia, á cuya voluntad significada en el privilegio tiene que obedecer ineludiblemente la resolución del caso; y siendo susceptibles de explicación las diferentes decisiones que se citan en contra, y muy conformes con la práctica universalmente observada las que niegan que la Indulgencia del altar pueda aplicarse á otro que á aquel por quien se aplica la Misa, síguese que la doctrina de los autores citados es la más probable y fundada. La declaración hecha por la Congregación de Indulgencias en 1848 puede explicarse diciendo que se trataba de una pregunta especulativa, y á la cual tenía que conformarse indudablemente la respuesta.

Al resolver si puede aplicarse á un alma la Misa y á otra la Indulgencia cuando se pide una Misa en altar privilegiado, hay que hacer una distinción; pues, dependiendo de la intención de la Iglesia el conceder la Indulgencia, si ésta, según el privilegio, va adherida á la celebración del Sacrificio y no á la aplicación del mismo, podrán uno y otro separarse, y en tal sentido se explica fácilmente la declaración hecha en 1848; lo cual no quiere decir que en la práctica no pueda

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

seguirse distinta *opinión*, puesto que referentes á ella, y en su confirmación, podemos citar definiciones más claras, y que atañen perfectamente á la práctica, como de hecho las tenemos, y son, entre otras, la emanada del Santo Oficio en 8 de Julio de 1846 [1] y la de la Congregación de Indulgencias de 19 de Diciembre de 1885, que antes ha sido citada. Según esto, podemos fundadamente concluir que, ateniéndonos á la disciplina vigente y sin necesidad de acudir á los términos en que el privilegio está concebido, la aplicación de la Misa y la de la Indulgencia son inseparables.

(La Ciudad de Dios.)

MINISTERIO DE ESTADO

SECCIÓN 3.ª—OBRA PÍA.—COPIA.

«Procura general de Tierra Santa en Jerusalén.—El infrascrito, Procurador General de Tierra Santa, declara haber recibido del Sr. Cónsul de España en esta ciudad la suma de pesetas cuarenta y dos mil cuatrocientas sesenta y siete con veinte céntimos, importe de una letra á ocho días vista, dada por el Banco de España, á cargo de los Sres. Goguel y Compañía, de París. De cuya suma las pesetas cuarenta y dos mil trescientas noventa con veinte céntimos son producto de las limosnas recaudadas por las Comisarías de Diócesis á favor de estos Santos Lugares durante el año económico de 1894-95; y pesetas setenta y siete son resultas de la cuenta anterior, ó sean las cantidades de 11=56 y 10 pesetas recaudadas, respectivamente, por las Comisarías de Badajoz, Ciudad-Rodrigo y Tudela durante el año económico de 1893-94.—Jerusalén 2 de Agosto de 1895.—(firmado) *P. Fr. Antonio Cardona.*—(Hay un sello en tinta con las armas y epígrafe de la Procura.)—Excmo. Sr. D. Ramón Gutiérrez y Ossa, Jefe de la Obra Pía en Madrid.»

Está conforme: *Ramón Gutiérrez y Ossa.*

---

1 *S. C. S. Officii 8 Julii 1846.—Lorsqu'un pretre dit la messe pour un vivant á un autel privilegié, peut il appliquer l'indulgence á un ame du purgatoire, quoi qu'il ne lui applique pas le principal fruit de la Messe?*

R. Negative, et dentur Decreta seu Constitutiones Apostolicae Summorum Pontificum Alexandri VII (22 Nov. 1662 et 21 Jan. 1667). Clemente IX (V. n. 1112) et Innocentii XI praesertim, qui suorum praedecesorum doctrinas confirmans declaravit in Brevi sub die 4 Maii 1688 promulgato: Quandocumque sacerdos aliquis Missam pro anima quae Deo in charitate coniuncta ab hac vita migraverit ad praedictum altare celebraverit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam impetrabit.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

PATRONATO DE LA OBRA PÍA DE LOS SANTOS LUGARES DE JERUSALÉN

RELACIÓN de las cantidades recaudadas por los Sres. Comisarios de Diócesis, en concepto de limosnas, mandas testamentarias, etc., y remitidas por los mismos á este Centro, durante el ejercicio de 1895-96, que en virtud del Real Decreto de 27 de Diciembre de 1888, se envían á Tierra Santa.

DIÓCESIS.	FECHA en que se hace efectiva.	NOMBRE DEL COMISARIO.	CASA Á CUYO CARGO VIENE EL GIRO.	Pesetas.	Cs.
Albarracín. . . .	16 Marzo 1896.	D. Telesforo Jiménez.	Entrega D. Joaquín Navarro.	15	»
Alcántara. . . .	4 Nov. 1895.	» Bruno Diaz Rosado.	Idem D. Antonio Claver. . . . . 12 »	23	»
	5 Junio 1896.		Idem D. Jerónimo Maza. . . . . 11 »		
Almería.	27 » »	» Antonio Nieto.	Idem el Comisario á la mano.	190	»
Astorga.	25 Enero »	» Joaquín García.	Idem ídem ídem.	37'50	
Avila.	24 » »	» Raimundo Pérez Gil.	Letra c/ al Banco de España.	146'45	
Badajoz.	22 Junio »	» José Henares.	Chéque c/ ídem ídem.	129	»
Barcelona. . . .	6 Abril »	» Tomás Sánchez.	Letra c/ ídem ídem.	483'50	
Burgos.	22 Nov. 1895.	» Gerardo Villota.	Idem ídem ídem.	378'63	
Cádiz.	13 Febrero 1896.	» Félix Soto.	Idem c/ Viuda de Moreno.	113'27	
Calahorra. . . .	22 Junio »	» Juan Fran.co Ruiz de la Cámara	Entrega D. Rafael Montero.	625	»
Canarias.	31 Enero »	» Bernardo Cabrera.	Letra c/ al Banco de España.	291'08	
Cartagena. . . .	20 Abril »	» Rafael Alguacil	Idem ídem ídem.	470	»
Ceuta.	8 Enero »	» Antonio de los Reyes. . . .	Libranza del Giro mutuo.	5'60	
Ciudad-Real. . .	17 Junio »	» Eloy Fernández.	Letra c/ G. Rolland	75	»
Ciudad-Rodrigo.	9 Marzo »	» José González Sistiaga. . . .	Entrega D. Alejo Hernández.	76	»
Córdoba.	6 Junio »	» Pedro Moreno.	Idem al Sr. Marqués de Casa-Castillo. .	445'85	
Coria.	8 Abril »	» Juan Centeno.	Libranza del Giro mutuo.	9	»
Granada.	28 Febrero »	» Marcelino Toledo.	Letra c/ D. Luis Roy.	800	»
Habana.	30 Junio »	» Francisco Clarós.	Entrega «Canducla y Comp.a».	8.794'95	
Huesca.	30 » »	» Pablo Hidalgo.	Remesa en metálico.	225	»
Ibiza.	9 » »	» Juan Torres.	Idem ídem.	20	»
Jaca.	18 » »	» Lucas García.	Idem ídem	250	»
[illegible]	[illegible]	» Juan de la Cruz Salazar			

	30 Abril	»		Idem por Abril, Mayo y Junio id. 502'35	
	30 Junio	»			
Idem	17 Abril	»	R. M. Superiora de las Salesas	Entrega como limosna	25 »
Mallorca	30 Junio	»	D. Matías Company	Letra c/ D. Carlos Herraiz	472'06
Manila	26 Febrero	»	» Bernabé del Rosario	Idem c/ Crédit Lyonnais	2.697'60
Menorca	20 Marzo	»	» Lino Singla	Idem c/ E. Sainz é Hijos	612'79
Mondoñedo	20 »	»	» Jesús Carrera	Libranza del Giro mutuo	370 »
Orense	10 Junio	»	» Salvador Martínez	Idem ídem ídem	23 »
Orihuela	16 Abril	»	» Bartolomé Martínez	Letra c/ Unión Banck	851'16
	20 Enero	»		Idem c/ al Banco de España. . 1.000 »	
Oviedo	23 Mayo	»	» Antonio Sánchez Otero	Remesa en metálico 500 »	1.500 »
Palencia	10 Junio	»	» Juan Antonio Castillón	Letra c/ D. Luís Roy	53'25
Pamplona	7 Enero	»	» Juan Cortijo	Idem c/ al Banco de España	3.543'40
Puerto-Rico	5 Marzo	»	» Miguel Herrero	Idem c/ E. Sainz é Hijos	172'40
Salamanca	20 Enero	»	» Juan Antonio Vicente Bajo	Entrega á la mano el Comisario	523'16
Santander	10 Junio	»	» Wenceslao Escalzo	Letra c/ al Banco de España	100 »
Santiago	13 Enero	»	» Ricardo Rodríguez	Idem c/ al Crédit Lyonnais	209'25
Segorbe	22 Mayo	»	» Gregorio Peñalva	Libranza del Giro mutuo	31 »
Segovia	27 Junio	»	» Salvador Guadilla	Entrega D. Ricardo Torres	50 »
Sevilla	30 Diciem.	1895.	» José María Vidal	Idem D José Rejos	796 »
Sigüenza	27 Enero	1896.	» Juan Pastor	Libranza del Giro mutuo	15 »
Tarazona	8 »	»	» Joaquín Carrión	Idem idem ídem	25 »
Tenerife	20 »	»	» Vicente González	Idem idem ídem	171'54
Teruel	20 Febrero	»	» Francisco Cerezo	Entrega á la mano el Comisario	121'60
Toledo	19 Junio	»	» Salvador Valdepeñas	Letra c/ al Banco de España	1.324'84
Tortosa	8 Febrero	»	» José Aguiló	Libranza del Giro mutuo	147 »
Urgel	6 Abril	»	» Vicente Porta	Letra c/ P. Alfaro y Comp.ª	90 »
Valencia	9 Enero	»	» Salvador Montesinos	Idem c/ al Banco de España	5.300 »
Valladolid	11 Julio	1895.	» Francisco Herrero	Idem c/ á D. Alejandro Bacquè	490 »
Vich	9 Mayo	1896.	» Ramón Folcrá	Idem ídem ídem	80 »
Vitoria	8 Enero	»	» Andrés González de Suso	Idem c/ al Banco de España	2.977'54
Zaragoza	10 Junio	»	» Hermenegildo Gaspar	Libranza del Giro mutuo	30 »
				TOTAL QUE SE REMITE	38.959'01

NOTA. No han rendido cuenta las Comisarías de Cuenca, Jaén, Málaga, Osma, Santiago de Cuba, Tarragona y Zamora. Han justificado la no-remisión de la cuenta, las de Barbastro, Guadix, Plasencia y Tuy. Y han manifestado no haber obtenido recaudación alguna, las de Gerona y Tudela.

Importa la presente relación las figuradas treinta y ocho mil novecientas cincuenta y nueve pesetas y un céntimo, salvo error.—Madrid 1.º de Julio de 1896.—V.º B.º: El Jefe de la Sección, *Ramón Gutiérrez y Ossa*.—El Interventor, *Luis Valcárcel*.

SOCIOS INSCRITOS PARA EL CONGRESO EUCARÍSTICO DE LUGO

TITULARES

D. Pascual Lloret Barges, Pbro., Carcagente.
D. Diego Talens Carbonell, Carcagente.
D. Vicente Guzmán Guzmán, Abogado.
Rvdo. P. Juan Vengut, de las Escuelas Pías de Alcira.
D. José Aguirre Matiol.
D. Aniceto Dorda Ximenes.
D. Ambrosio Ruiz, Cura de Santa Tecla de Játiva.
Dr. D. Antonio de la Peña, Pbro., de Játiva.
Dr. D. Juan Pla, Cura de Santa María de Játiva.
D. Ricardo Giner, Ecónomo de Almácera.
D. Juan Polo Alagón, Sueca.
D. Mariano Serrano Meseguer, Sueca.
D. Manuel Juan Soler, Cura de Alboraya.
Rvdo. P. José Barrachina, Superior de la Casa Residencia de los PP. Jesuítas de Gandía.
D. Tomás Valls Valls, Ecónomo de Santa María de Onteniente.
D. Rafael Valls Falcó, Onteniente.
D. Augusto Lluch Sais.
D. Luis Navarro Oliver, Pbro.
D. Antonio Sanz Bremón.
Dr. D. Vicente García Tramoyeres, Ecónomo de Sueca.
D. Juan Martínez Blasco, Cura de Gata.
D. Miguel Martínez, Cura Arcipreste de Denia.
D. Félix Senent Belenguer, Penitenciario del Colegio del Patriarca.
D. Vicente Sarrió Vallés, Regente de Ibi.
D. Manuel Saavedra.

HONORARIOS

D.ª Ascensión Ribera Tarragó, Carcagente.
Sección de la Adoración Nocturna de Carcagente.
Parroquia Mayor de Játiva.
Turno de Nuestra Señora del Pilar de la Adoración Nocturna.
Adoración Nocturna de Sueca.
Conferencias de Señoras de San Vicente de Paul de Carcagente.
Adoración Nocturna de Alboraya.
Clero de Sueca.
Coadjutores de Sueca.
D.ª María Rojas, viuda de Pardo.
D.ª Clara Chelly Pardo.
D.ª Rosario Pardo Rojas.
D.ª Carmen Domingo.
Sección Adoradora de Denia.

Valencia: Imprenta de Nicasio Rius.—1896.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

BOLETÍN OFICIAL

DEL

ARZOBISPADO DE VALENCIA

SUMARIO.—Cédula de notificación del Tribunal Eclesiástico.—Edicto para la provisión de un beneficio con cargo de primer Sochantre, vacante en la Metropolitana de Valencia.—**Sección doctrinal**: Decretos de la S. C. de Ritos.—Decreto de la Congregación del Concilio, sobre celebración y aplicación de Misas por los difuntos.—Real orden sobre la facultad de Derecho en el Sacro Monte de Granada.—Estatutos del Consejo Nacional de Círculos y Corporaciones católico-obreras de España.—Indulgencias concedidas á todos los que aprendan ó enseñen la Doctrina Cristiana.—Sección de noticias.—Socios inscritos para el Congreso Eucarístico de Lugo.—Suscripción para el *Dinero de San Pedro*.

TRIBUNAL ECLESIÁSTICO DEL ARZOBISPADO DE VALENCIA

CÉDULA DE NOTIFICACIÓN

En los autos que en este Tribunal Eclesiástico penden, instados por el Procurador D. Miguel Reig, en nombre de doña María Meley é Imbert, contra el marido de ésta D. Alfredo Mediero y Molina, sobre divorcio, á escrito de dicho Procurador se ha dictado la siguiente Providencia.—El precedente escrito únase á los autos de su razón. A lo principal declaramos firme y en autoridad de cosa juzgada, la sentencia dictada en los mismos por el Muy Ilustre Señor Provisor y Vicario General de este Arzobispado, en cuatro de Julio próximo pasado, notificándose este proveído y los demás que en estos autos se dicten en los estrados del Tribunal, en rebeldía de D. Alfredo Mediero y Molina, según se previno en proveído de veinticuatro de Abril último, á menos que dicho Sr. Mediero cumpla lo que se le tiene ordenado en posteriores acuerdos; y líbrese y entréguese á D. Miguel Reig la correspondiente certificación de dicha sentencia y de este proveído á

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

los efectos que interesa. Al otrosí como se pide. Lo mandó y firmó el Muy Ilustre Señor Doctor Don Salvador Castellote y Pinazo, Presbítero, Obispo electo de Menorca, Provisor y Vicario General, Juez Eclesiástico sustituto de este Arzobispado, en Valencia día trece de Agosto de mil ochocientos noventa y seis; doy fe.—*Dr. Salvador Castellote.*—Ante mí: Licenciado *Rafael Banacloche.*

Y para que sirva de notificación á Don Alfredo Mediero y Molina, y en cumplimiento de lo acordado por Su Señoría, formo la presente en Valencia, trece de Agosto de mil ochocientos noventa y seis.—El Notario mayor, Licenciado *Rafael Banacloche.*

EDICTO

para la provisión de un Beneficio con cargo de primer Sochantre, vacante en la Santa Iglesia Metropolitana Basílica de Valencia, con término de treinta dias, que vencerá el 13 de Septiembre de 1896.

✠

NOS EL CARDENAL ARZOBISPO, DEÁN Y CABILDO

DE LA SANTA IGLESIA METROPOLITANA BASÍLICA DE VALENCIA

Hacemos saber: Que por traslado de D. Francisco Martínez, Presbítero, se halla vacante en nuestra Santa Metropolitana Iglesia un Beneficio con el cargo de *primer Sochantre*, cuyo nombramiento corresponde en este turno á la Corona, con arreglo á lo dispuesto en el Concordato; y en su virtud hemos acordado convocar á la oposición, que debe preceder á su provisión, como por el presente llamamos á todos los que, siendo presbíteros ó hallándose en aptitud de serlo precisamente *intra annum* desde el día de la posesión, quisieran oponerse al referido Beneficio-Sochantría para que, dentro del término de treinta días, á contar desde el día de la fecha, por sí ó por sus procuradores, comparezcan ante el infrascrito Secretario del Cabildo con la correspondiente instancia documentada, con la fe de Bautismo legalizada que acredite no pasar de treinta y seis años de edad (cuya condición podrá dispensarse si se cree oportuno) y siendo eclesiásticos, con las testimoniales de sus respectivos Prelados. Su voz ha de ser de la cuerda de Bajo, de cuerpo, clara, sonora, flexible, firme

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

y afinada, con buena pronunciación, igual en toda su extensión, y á lo menos desde *Sol grave* hasta *Re agudo:* todos estos puntos sensibles y apreciables, usándolos con naturalidad, sin violencia ni afectación. Deberán estar instruídos y prácticos: en el canto llano, mixto y de órgano, antiguo y moderno; en tomar las cuerdas para la igualdad de la Salmodia y en el régimen y gobierno del Coro.

Al efecto se practicarán los ejercicios siguientes: 1.° Canto del Martirologio. 2.° Un Responsorio en pauta de cuatro líneas. 3.° Un gradual de letra gótica. 4.° Vísperas con su himno y antífona del *Magnificat*. 5.° Improvisar un *Introito* en el tono que el Tribunal técnico designe. 6.° Cantar con la Capilla un verso de atril. 7.° Cantar con la misma un Salmo de bajo obligado.

Concluído el tiempo prefijado tendrán lugar los ejercicios de oposición, reservándonos el prorrogar los edictos si lo estimásemos así conveniente.

Declaramos que quien fuere provisto en dicho Beneficio, ha de cumplir las cargas propias de tal Beneficiado, quedar obligado á regir el Coro en las horas nocturnas y diurnas, alternando por semanas con el segundo Sochantre, cantar el bajo en la Capilla de música, y observar y cumplir las reglas y cargas establecidas ó que se establecieren en adelante para mejor servicio del Culto Divino. En caso de ausencias y enfermedades pondrá un sustituto á sus expensas á satisfacción del Excmo. Cabildo.

Su dotación será la señalada por el Concordato á los Beneficiados de esta Santa Iglesia, que percibirá en la época, modo y forma en que el Gobierno de S. M. haga efectiva la asignación del personal.

Y para que llegue á noticia de todos, mandamos expedir el presente Edicto y lo firmamos en Valencia en el Aula Capitular de esta Santa Iglesia Metropolitana Basílica, á los catorce días del mes de Agosto de mil ochocientos noventa y seis.—† Ciriaco María, Cardenal Sancha y Hervás, Arzobispo de Valencia.—P. A. del Deán: *Áureo Carrasco*, Maestrescuela.—Por acuerdo del Emmo. y Rvdmo. Sr. Cardenal y Cabildo: *Roque Chabás*, Canónigo-Secretario.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

SECCIÓN DOCTRINAL

RESOLUCIONES DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

URBIS

Nonnulli Kalendariorum redactores a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutionem supplicibus votis efflagitarunt, nimirum:

I. An in officiis votivis inter se concurrentibus Vesperae dividi semper debeant iuxta peculiarem Rubricam, vel considerari potius debeat ratio dignitatis iuxta decretum *Evulgato* die 14 Augusti 1894?

II. An privilegium, quod Rubricae Generales Breviarii tribuunt Octavis Festorum Domini et Deiparae, ut nempe illae cedant tantum in concursu duplicibus, secundae classis, istae vero solis duplicibus maioribus, intelligendum sit de solis octavis ad Festa primaria pertinentibus, an de octavis quibuscumque?

III. Dies octavi Festorum primariorium, Archangelorum. S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, et Ss. Apostolorum, suntne iudicandi digniores in ordine ad praelationem, in concursu cum aliis duplicibus minoribus?

Et Sacra eadem Congregatio, referente infrascripto Secretario, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibusque maturo examine perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. et II. *Affirmative* quoad primam partem, *Negative* quoad secundam.

Ad III. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praef.*—Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

VALVEN. ET SULMONEN.

Rmus. Dnus. Tobias Patroni Episcopus Valven. et Sulmonem. timens ne, sub specie pietatis erga defunctos, sensim subrepant abusus decorem Domus Dei temerantes, a Sacra Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem humillime postulavit, nimirum:

An deceat in parietibus Ecclesiae vel publici Oratorii suspendere coronas mortuorias, ut inibi maneant?

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit: *Negative.*

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.*— Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

RUTHENEN

Emus. et Rmus. Dnus. Cardinalis Christianus Ernestus Bourret, Episcopus Ruthenen. Sacram Rituum Congregationem pro sequentis Dubii solutione enixe rogavit, nimirum.

Utrum, post Decretum generale die 9 Decembris 1895 editum *De Missa conformi Officio Ecclesiae vel Oratorii publici,* Kalendario loci, an vero Celebrantis respondere debeant Missae, quae celebrantur in Capellis Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, reque maturo examine perpensa, proposito Dubio respondendum censuit: Dummodo agatur de Capella principali, quae instar Oratorii publici ad effectum memorati Decreti habenda est. *Affirmative* ad I, *Negative* ad II.

Atque ita rescripsit, die 22 Maii 1896.—Caj. Card. Aloisi-Masella, *S. R. C. Praefect.*—Aloisius Tripepi, *Secretarius.*

S. C. CONCILII

Quum S. Congregationi de Propaganda Fide Ioannes Hofmam Vicarius Apostolicus loci Chan-Si Meridionalis in Imperio Sinensi sequens obtulerit Dubium: *An Sacerdos in exequiis persolvendis Missam celebrans, non recepto stipendio, debeat pro ipso defuncto, vel potius pro aliis petentibus et eleemosynam offerentibus Sacrificium applicare queat?* eadem S. C. quaestionem S. Congregationi Concilii pro congrua solutione remisit. Cuius haec fuit responsio: «*Negative ad I^um^, Affirmative ad II^um^.*»

ADNOTATIONES SUPER PRAEFATO DECRETO

1. Cum nimiam dictum Decretum praeseferat connexionem cum re liturgica, licet ad S. C. C. pertineat, inter Decreta S. R. C. referre maluimus.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

2. Rituale Rom. exigit, ut *quod antiquissimi est instituti, illud quantum fieri poterit retineatur, ut Missa, praesente corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturae tradatur* (Tit. VI, cap. I, n. 4): quae verba novae subiacent expositioni.

3. Communiter nulla ante praefatum Decretum distintio in casu facta est inter celebrationem et applicationem Missae: ut Parochus, cum non haberetur obligatus ad applicationem, nisi ex accepta eleemosyna, neque proinde ad celebrationem censeretur obligatus.

4. Emus. Lambertinius *(Notificat. XXXVI, n. 16)* Parochos hortatur, non vult praescribere, ut cadaver non sepeliant, nisi postquam Missam, eo praesente, celebraverit, idque in Ritualis obsequium: item nec illis applicandi onus imponit pro eodem defuncto.

5. Alicubi nihilominus, indubium hoc est, ex lege fortasse synodali, vel ex consuetudine, Parochi Missam, praesente cadavere, semper celebrant, nisi tempus impediat: applicant autem, si eleemosynam acceperint, secus in libertate manent pro aliis applicandi.

6. Quidquid sit de quorumdam Ecclesiarum usibus, generaliter neque ad applicationem, nisi ratione eleemosynae acceptae, neque ad celebrationem Parochi adigebantur in casu: eiusmodi erat Ritualis legis interpretatio.

7. Post Decretum praesens videtur aliter dicta lex interpretanda: ut videlicet verum praeceptum importet, et verba «quantum fieri poterit» tempus solummodo respiciant, quod dictam Missam impedire potest.

8. Durum enim nimis videbatur Parochos obligare sine eleemosyna ad celebrationem (proinde ad applicationem, dum inter utrumque nulla lex distinguebat); cum, ut superscitatus Lambertinius *(loc. cit.)* notat, iam ii tenerentur ad applicationem omnibus singulisque diebus festivis: ex eo mitior Ritualis interpretatio legis.

9. Cum vero impraesentiarum lex alia distinguat, dicatque Parochos Missam celebrantes praesente cadavere, ad illius applicationem nonnisi vi accepti stipendii teneri, diversa Ritualis legis interpretatio fieri optime potest.

10. Parochi enim non amplius ex hac Missae celebratione gravantur, cuius applicatio in eorum libertate manet.

11. Imo et iuvantur; quia Missam de requie celebrare possunt, et applicare pro lubito, diebus, quibus ratione ritus prohibita foret, et tamen ratione defuncti permittitur.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

ARZOBISPADO DE VALENCIA

SUMARIO.—Letras Apostólicas de Su Santidad León XIII relativas á la nulidad de las ordenaciones anglicanas.—Bases para el establecimiento de un *Monte pío del Clero.*—Sección de noticias.

LEO EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Apostolicae curae et caritatis, qua *Pastorem magnum ovium Dominum nostrum Iesum Christum* [1], referre pro munere et imitari, aspirante eius gratia, studemus non exiguam partem pernobili Anglorum nationi tribuimus. Voluntatis in ipsam Nostrae ea praecipue testis est epistola quam superiore anno dedimus propriam *ad Anglos, regnum Christi in fidei unitate quaerentes:* eiusdem quippe gentis et veterem cum Ecclesia matre coniunctionem commemorando revocabimus, et felicem reconciliationem, excitata in animis orandi Dei sollertia, contendimus maturare. Rursusque haud ita pridem, quum communibus universae litteris de unitate Ecclesiae fusius agere vissum est, non ultimo loco respeximus Angliam; spe praelucente, posse documenta Nostra tum catholicis firmitatem tum dissidentibus salutare lumen afferre. Atque illud fateri libet quot aeque gentis humanitatem ac multorum sollicitudinem salutis aeternae commendat, id est, quam benevole

1 Hebr., XIII, 20.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Anglis probata sit instantia Nostra et dicendi libertas, nullo quidem acta humanae rationis impulsu.—Nunc autem eadem Nos mente eodemque animo deliberatum habemus studia convertere ad quamdam non minoris momenti causam quae cum ea ipsa re votisque Nostris cohaeret. Quod enim apud Anglos, aliquanto postquam ab unitatis christianae centro abscesum est, novus plane ritus ordinibus sacris conferendis, sub rege Eduardo VI, fuit publice inductus; defecisse idcirco verum Ordinis sacramentum, quale Christus instituit, simulque hierarchicam successionem, iam tenuit communis sententia, quam non semel Ecclesiae acta et constans disciplina firmarunt. Attamen recentiore memoria isque maxime annis invaluit controversia, sacraene Ordinationes ritu eduardiano peractae, natura sacramenti effectuque polleant; faventibus, affirmate vel dubitanter, non modo scriptoribus anglicanis nonnullis, sed paucis etiam catholicis praesertim non anglis. Alteros quippe movebant praestantia sacerdotii christiani, exoptantes ut duplici eius in corpus Christi potestate ne carerent sui, movebat alteros consilium expediendi quodammodo illis reditus ad unitatem: utrisque vero hoc persuasum esse videbatur, iam studiis in eo genere cum aetate provectis, novisque litterarum monumentis ex oblivione erutis, retractari auctoritate Nostra causam non inopportunum fore. Nos autem ea consilia atque optata minime negligentes maximeque voci obsequentes apostolicae caritatis, censuimus nihil non experiri quod videretur quoque modo conducere ad animarum vel avertenda damna vel utilitates fovendas.

Placuit igitur de retractanda causa benignissime indulgere: ita sane, ut per summam novae disquisitionis sollertiam, omnis in posterum vel species quidem dubitandi esset remota. Quapropter certo numero viris doctrina et eruditione praestantibus, quorum compertae erant dissimiles in ipsa causa opiniones, negotium dedimus ut momenta sententiae suae, scriptis mandarent: eos deinde ad Nos accitos iussimus communicare inter se scripta, et quidquid eo amplius ad rem cognitu esset dignum, indagare atque expendere. Consultumque a Nobis est, ipsi diplomata opportuna omni possent copia in tabulariis vaticanis sive nota recognoscere sive inexplorata educere; itemque ut prompta haberent quaecumque eiusdem generis acta apud sacrum Consilium, quod *Suprema* vocatur, asservarentur, neque minus quaecumque ad hoc tempus doctiores viri in utraque partem evulgassent. Huiusmodi adiumentis instructos, voluimus eos in singulares congressiones

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

convenire; quae ad duodecim sunt habitae, praeside uno ex S. R. E. Cardinalibus a Nobismetipsis designato, data singulis facultate disputandi libera. Denique earumdem congressionum acta una cum ceteris documentis, Venerabilibus Fratribus Nostris Cardinalibus ex eodem Consilio iussimus exhiberi omnia; qui meditata causa eaque coram Nobis deinde agitata, suam quisque sententiam dicerent.

Hoc ducendae rei ordine praestituto, ad intimam tamen aestimationem causae aequum erat non ante aggredi, quam id perstudiose quaesitum apparuisset, quo loco ea iam esset secundum Apostolicae Sedis praescriptiones institutamque consuetudinem; cuius consuetudines et initia et vim magni profecto intererat reputare. Quocirca in primis perpensa sunt documenta praecipua quibus Decessores Nostri, rogatu reginae Mariae, singulares curas ad reconciliationem ecclesiae Anglicae contulerunt. Nam Iulius III Cardinalem Reginaldum Polo, natione Anglum, multiplici laude eximium, Legatum de latere ad id opus destinavit, *tamquam pacis et dilectionis angelum suum,* eique mandata seu facultates extra ordinem normasque agendi tradidit [1]; quas deinde Paulus IV confirmavit et declaravit. In quo ut recte colligatur quidnam in se commemorata documenta habeant ponderis, sic oportet fundamenti instar statuere, eorum propositum nequaquam a re abstractum fuisse, sed rei omnino inhaerens ac peculiare. Quum enim facultates Legato apostolico ab iis Pontificibus tributae, Angliam dumtaxat religionisque in ea statum respicerent; normae item agendi ab eisdem eidem Legato quaerenti impertitae, minime quidem esse poterant ad illa generatim decernenda sine quibus sacrae ordinationis non valeant sed debebant attinere proprie ad providendum de ordinibus sacris in eo regno, prout temporum monebant rerumque conditiones expositae. Hoc ipsum, praeter quam quod ex natura et modo eorumdem documentorum perspicuum est, inde pariter liquet, quod alienum prorsus fuisset, ita velle de iis quae sacramento Ordinis conficiendo necesse sunt, propemodum commonefieri Legatum, eumque virum cuius doctrina etiam in Concilio Tridentino eluxerat.

Ista probe tenentibus non difficulter patebit quare in litteriis Iulii III ad Legatum apostolicum, praescriptis die VIII martii MDLIV, distincta sit mentio de iis primum qui *rite et*

---

1 Id factum augusto mense MDLIII per litteras sub plumbo. S. *ullo unquam tempore* et *Pos nuntium Nobis*, atque alias.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

legitime promoti, in suis ordinibus essent retinendi, tum de iis qui *non promoti ad sacros ordines*, possent, *si digni et idonei reperti fuissent, promoveri*. Nam certe definitaque notatur, ut reapse erat, duplex hominum classis, hinc eorum qui sacram ordinationem vere suscepissent, quippe id vel ante Henrici secessionem, vel si post eam et per ministros errore dissidiove implicitos, ritu tamen catholico consueto; inde aliorum qui initiati essent secundum Ordinali eduardianum, qui propterea posset *promoveri*, quia ordinationem accepissent irritam. Neque aliud sane Pontificis consilium fuisse, praeclare confirmat epistola eiusdem Legati, die XXIX Ianuarii MDLV, facultates suas episcopo Norwicensi demandatis. Id amplius est potissime considerandum quod eae ipsae Iulii III litterae afferunt, de facultatibus pontificiis libere utendis, etiam in eorum bonum quibus munus consecrationis, *minus rite et non servata forma Ecclesia consueta*, impensum fuit: qua quidem locutione ii certe designabantur qui consecrati eduardiano ritu: praeter eam namque et catholicam formam alia nulla erat eo tempore in Anglia.

Haec autem apertiora fient commemorando legationem quam Philippus et Maria reges, suadente Cardinali Polo, Romam ad Pontificem Februario mense MDLV miserunt. Regii oratores, viri tres *admodum insignes et omni virtute praediti*, in quibus Thomas Thirilby episcopus Eliensis, sic habebant propositum, Pontificem de conditione rei religiosae in eo regno notitia ampliore edocere, ab ipsoque in primis petere ut ea quae Legatus ad eiusdem regni cum Ecclesia reconciliationem curaverat atque effecerat, haberet rata et confirmaret: eius rei causa omnia ad Pontificem allata sunt testimonia scripta quae oportebat, partesque Ordinalis novi proxime ad rem facientes. Iamvero Paulus IV legatione magnifice admissa, eisdemque testimoniis per certos aliquo Cardinales *diligenter discussis*, et *habita deliberatione matura,* litteras *Praeclara carissimi* sub plumbo dedit die XX Iunii eodem anno. In his quum comprobatio plena et robur additum sit rebus a Polo gestis, de ordinationibus sic est praescriptum:... *qui ad ordines ecclesiasticos... ab alio quam ab episcopo rite recteque ordinato promoti fuerunt, eosdem ordines ... de novo suscipere teneantur*. Quinam autem essent episcopi tales, *non rite recteque ordinati,* satis iam indicaverant superiora documenta, facultatesque in eam rem a Legato adhibitae: ii nimirum qui ad episcopatum, sicut alii ad alios ordines, promoti essent *non servata forma Ecclesiae consueta,* vel non servata *Eccle-*

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

sia forma et intentione, prout Legatus ipse ad episcopum Norwincensem scribebat. Hi autem non alii profecto erant nisi qui promoti secundum novam ritualem forman; cui quoque examinandae delecti Cardinales attentam operam dederant. Neque praetermitendus est locus ex eisdem Pontificis litteris, omnino rei congruens; ubi cum aliis beneficio dispensationis egentibus numerantur qui *tam ordines quam beneficia ecclesiastica nulliter et de facto obinuerant. Nulliter* enim obtinuisse ordines idem est atque irrito actu nulloque effectu, videlicet *invalide*, ut ipsa monet eius vocis notatio et consuetudo sermonis; praesertim quum idem pari modo affirmentur de ordinibus quod de *beneficiis ecclesiasticis*, quae ex certis sacrorum canonum institutis manifesto erant nulla, eo quia cum vitio infirmante collata. Huc accedit quod, ambigentibus nonnullis quinam revera episcopi, *rite et recte ordinati*, dici et haberi possent ad mentem Pontificis hic non multo post, die XXX Octobris alias subiecit litteras in modum Brevis: atque, *Nos*, inquit, *haesitationem huiusmodi tollere, et serenitati conscientiae eorum qui schismate durante ad ordines promoti fuerant, mentem et intentionem quam in eisdem litteris Nostris habuimus clarius exprimendo, opportune consulere volentes, declaramus eos tantum episcopos et archiepiscopos qui non in forma Ecclesiae ordinati et consecrati fuerunt, rite et recte ordinatos dici non posse.* Quae declaratio, nisi apposite ad rem Angliae praesentem, id est ad Ordinale eduardianum, spectare debuisset, nihil certe confecerat Pontifex novis litteris, quo vel *haesitationem tolleret* vel *serenitati conscientiae consuleret.* Ceterum Apostolicae Sedis documenta et mandata non aliter quidem Legatus intellexit, atque ita eis rite religioseque obtemperavit: idque pariter factum a regina Maria et a ceteris qui cum ea dederunt operam ut religio et instituta catholica in pristinum locum restituerentur.

Auctoritates quas excitavimus Iulii III et Pauli IV aperte ostendunt initia eius disciplinae quae tenore constanti, iam tribus amplius saeculis, custodita est, ut ordinationes ritu eduardiano, haberentur infectae et nullae; cui disciplinae amplissime suffragantur testimonia multa earumdem ordinationum quae, in hac etiam Urbe, saepius absoluteque iteratae sunt ritu catholico... In huius igitur disciplinae observantia vis inest opportuna proposito. Nam si cui forte quidquam dubitationis resideat in quamnam vere sententiam ea Pontificum diplomata sint accipienda, recte illud: valet: *Consuetudo optima legum interpres.* Quoniam vero firmum semper ratumque in

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Ecclesia mansit, Ordinis sacramentum nefas esse iterari; fieri nullo pacto poterat ut talem consuetudinem Apostolica Sedes pateretur tacita ac toleraret. Atqui eam non toleravit solum, sed probavit etiam et sanxit ipsa quotiescumque in eadem re peculiare aliquod factum incidit iudicandum. Duo eiusmodi facta in medium proferimus, ex multis quae ad *Supremam* sunt subinde delata: alterum anno MDCLXXXIV, cuiusdam Calvinistae Galli, alterum, anno MDCCIV, Ioannis Clementis Gordon; utriusque secundum rituale eduardianum suos adepti ordines. In primo, post accuratam rei investigationem, consultores non pauci responsa sua, quae appellant vota, de scripto ediderunt ceterique cum eis in unam conspirarunt sententiam, *pro invaliditate ordinationis:* tantum quidem ratione habita opportunitatis, placuit Cardinalibus respondere, *Dilata.* Eadem vero acta repetita et ponderata sunt in facto altero: quaesita sunt praeterea nova consultorum vota, rogatique doctores egregii e Sorbonicis ac Duacenis, neque praesidium ullum perspicacioris prudentiae praetermissum est ad rem penitus pernoscendam. Atque hoc animadvertisse oportet quod, tametsi tum ipse Gordon cuius negotium erat, tum aliqui consultores inter causas *nullitatis* vindicandae etiam adduxissent illam prout putabatur ordinationem Parkerii, in sententia tamen ferenda omnino seposita est ea causa, ut documenta produnt integrae fidei, neque alia ratio est reputata nisi *defectus formae et intentionis.* Qua de forma quo plenius esset certiusque iudicium, cautum fuerat ut exemplar Ordinalis anglicani suppetteret; atque etiam cum eo singulae collatae sunt formae ordinandi, ex variis orientalium et occidentalium ritibus conquisitae. Tum Clemens XI, Cardinalium ad quos pertinebat consentientibus suffragiis, ipsemet feria V, die XVII Aprilis MDCCIV, *decrevit:* «Ioannes Clemens Gordon *ex integro et absolute* ordinetur ad omnes ordines etiam sacros et praecipue presbyteratus, et quatenus non fuerit confirmatus, prius sacramentum Confirmationis suscipiat». Quae sententia, id sane considerare refert, ne a defectu quidem *traditionis instrumentorum* quidquam momenti duxit: tunc enim praescriptum de more esset ut ordinatio *sub conditione* instauraretur. Eo autem pluris refert considerare, eamdem Pontificis sententiam spectare universe ad omnes Anglicanorum ordinationes. Licet enim factum attigerit peculiare, non tamen ex peculiari quapiam ratione profecta est, verum ex *vitio formae*, quo quidem vitio ordinationes illae aeque afficiuntur omnes: adeo ut,

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

quoties deinceps in re simili decernendum fuit, toties idem Clementis XI communicatum sit decretum.

Quae quum ita sint non videt nemo controversiam temporibus nostris exsuscitatam, Apostolicae Sedis iudicio definitam multo antea fuisse: documentisque illis haud satisquam oportuerat cognitis, fortasse factum ut scriptor aliquis catholicus disputationem de ea libere habere non dubitavit. Quoniam vero, ut principio monuimus, nihil Nobis antiquius optatiusque est quam ut hominibus recte animatis maxima possimus indulgentia et caritate prodesse, ideo iussimus in Ordinale anglicanum, quot caput est totius causae rursus quam studiosissime inquiri.

In ritu cuiuslibet sacramenti conficiendi et administrandi iure discernunt inter partem *caeremonialem* et partem *essentialem,* quae *materia et forma* appellari consuevit. Omnesque norunt, sacramenta novae legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam officiunt et efficere quam significant. Quae significatio, etsi in toto ritu essentiali, in materia scilicet et forma, haberi debet, praecipue tamen ad formam pertinet; quum materia sit pars per se non determinata, quae per illam determinetur. Idque in sacramento Ordinis manifestius apparet, cuius conferendi materia, quatenus hoc loco se dat considerandam, est manum impositio: quae quidem nihil definitum per se significat, et aeque ad quosdam Ordines, aeque ad Confirmationem usurpatur. — Iamvero verba quae ad proximam usque aetatem habentur passim ab Anglicanis tamquam forma propria ordinationis presbyteralis, videlicet. *Accipe Spiritum Sanctum*, minime sane significant definite ordinem sacerdotii vel eius gratiam et potestatem, quae praecipue est potestas *consecrandi et offerendi verum corpus et sanguinem Domini* [1], eo sacrificio, quod non est *nuda commemoratio sacrificii in Cruce peracti* [2]. Forma huiusmodi aucta quidem est postea iis verbis, *ad officium et opus presbyteri:* sed hoc potius convincit. Anglicanos vidisse ipsos primam eam formam fuisse mancam neque idoneam rei. Eadem vero adiectio, si forte quidem legitimam significationem apponere formae posset, serius est inducta, elapso iam saeculo post receptum Ordinale eduardianum; quum propterea, Hierarchia extincta; potestas ordinandi iam nulla esset. Ne quidquam porro auxi-

1 Trid., Sess. XXII, *De sacr. Ord., can. 1.*
2 Ib., Sess. XXII, *De sacrif. Missae, can. 3.*

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

lium causae novissime arcessitum est ab aliis eiusdem Ordinalis precibus. Nam, ut cetera praetereantur quae eas demonstrent id ritu anglicano minus sufficientes proposito, unum hoc argumentum sit instar omnium, de ipsis consulto detractum esse quidquid in ritu catholico dignitatem et officia sacerdotii perspicue designat. Non ea igitur forma esse apta et sufficiens sacramento potest, quae id nempe reticet quod deberet proprium significare.

De consecratione episcopali similiter est. Nam formulae, *Accipe Spiritum Sanctum*, non modo serius adnexa sunt verba *ad officium et opus episcopi,* sed etiam de iisdem, ut mox dicemus, iudicandum aliter est quam in ritu catholico. Neque rei proficit quidquam advocasse praefationis precem, *Omnipotens Deus;* quum ea pariter deminuta sit verbis quae *summum sacerdotium* declarent. Sane, nihil huc attinet explorare, utrum episcopatus complementum sit sacerdotii, an ordo ab illo distinctus: aut collatus, ut aiunt, *per saltum*, scilicet homini non sacerdoti, utrum effectum habeat necne. At ipse procul dubio, ex institutione Christi, ad sacramentum Ordinis verissime pertinet, atque est praecellenti gradu sacerdotium quod nimirum et voce sanctorum Patrum et rituali nostra consuetudine *summum sacerdotium sacri ministerii summa* nuncupatur. Inde fit ut, quoniam sacramentum Ordinis verumque Christi sacerdotium a ritu anglicano penitus extrusum est, atque adeo in consecratione episcopali eiusdem ritus nullo modo sacerdotium confertur, nullo item modo episcopatus vere ac iure possit conferri: eoque id magis quia in primis episcopatus munus illud scilicet est, ministros ordinandi in sanctam Eucharistiam et sacrificium.

Ad rectam vero plenamque Ordinalis anglicani aestimationem, praeter ista per aliquas eius partes notata; nihil profecto tam valet quam si probe aestimetur quibus adiunctis rerum conditum sit et publice constitutum. Longum est singula persequi, neque est necessarium: eius namque aetatis memoria satis diserte loquitur, cuius animi essent in Ecclesiam catholicam auctores Ordinalis, quos adsciverint fautores ab heterodoxis sectis, quo demum consilia sua referrent. Nimis enimvero scientes qua necessitudo inter fidem et cultum inter *legem credendi et legem suplicandi* intercedat, liturgiae ordinem, specie quidem redintegrandae eius formae primaevae, ad errores Novatorum multis modis reformarunt. Quamobrem toto Ordinali non modo nulla est aperta mentio sacrificii, consecrationis, sacerdotii, potestatisque consecran-

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

di et sacrificii offerendi; sed immo omnia huiusmodi rerum vestigia, quae superessent in precationibus ritus catholici non plane reiectis, sublata et deleta sunt de industria, quod supra attigimus. Ita per se apparet nativa Ordinalis indoles ac spiritus, uti loquuntur. Hinc vero ab origine ducto vitio, si valere ad usum ordinationum minime potuit, nequaquam decursu aetatum, quum tale ipsum permanserint, futurum fuit ut valeret. Atque ii egerunt frustra qui inde a temporibus Caroli I conati sunt admittere aliquid sacrificii et sacerdotii, nonnulla dein ab Ordinale facta accessione: frustraque similiter contendit pars ea Anglicanorum non ita magna, recentiore tempore coalita, quae arbitratu posse idem Ordinale ad sanam rectamque sententiam intelligi et deduci. Vana, inquimus, fuere et sunt huiusmodi conata: idque hac etiam de causa, quod, si qua quidem verba in Ordinali anglicano ut nunc est, porrigant se in ambiguum: ea tamen sumere sensum eumdem nequeunt quem habent in ritu catholico. Nam semel novato ritu, ut vidimus, quo nempe negetur vel adulteretur sacramentum Ordinis, et a quo quaevis notio repudiata, sit consecrationis et sacrificii iam minime constat formula, *Accipe Spiritum Sanctum*, qui Spiritus, cum gratia nimirum sacramenti, in animam infunditur; minimeque constant verba illa *ad officium et opus presbyteri* vel *episcopi* ac similia, quae restant nomina sine re quam instituit Christus.—Huius vim argumenti perspectam ipsi habent plerique Anglicani, observatiores Ordinales interpretes; quam non dissimulanter eis obiiciunt qui nove ipsum interpretantes, Ordinibus inde collatis pretium virtutemque non suam spe vana affingunt. Eodem porro argumento vel uno illud etiam corruit, opinantium posse in legitimam Ordinis formam sufficere precationem, *Omnipotens Deus bonorum omnium largitor,* quae sub initium est ritualis actionis; etiamsi forte haberi ea posset tanquam sufficiens in ritu aliquo catholico quem Ecclesia probasset.—Cum hoc igitur intimo *formae defectu* coniunctus est *defectus intentionis,* quam aeque necessario, postulat, ut sit, sacramentum. De mente vel intentione, utpote quae per se quiddam est interius, Ecclesia non iudicat: at quatenus extra proditur, iudicare de ea debet. Iamvero quum quis ad sacramentum conficiendum et conferendum materiam formamque debitam serio ac rite adhibuit, eo ipso censetur id nimirum facere intendisse quod facit Ecclesia. Quo sane principio, innititur doctrina quae tenet esse vere sacramentum vel illud, quod ministerio hominis haeretici aut non baptizati, dummodo ritu

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

catholico, conferatur. Contra si ritus immutetur, eo manifesto consilio ut alius inducatur ab Ecclesia non receptus, utque id repellatur quod facit Ecclesia et quod ex institutione Christi ad naturam attinet sacramenti, tunc palam est, non solum necessariam sacramento intentionem deesse, sed intentionem immo haberi sacramento adversam et repugnantem.

Isthaec omnia diu multumque reputavimus apud Nos et cum Venerabilibus Fratribus Nostris in *Suprema* iudicibus; quorum etiam Coetum singulariter coram Nobis advocare placuit feria V, die XVI Iulii proximi, in commemoratione Mariae D. N. Carmelitidis, iique ad unum consensere, propositam causam iam pridem ab Apostolica Sede plene fuisse et cognitam et iudicatam: eius autem denuo instituta actaque quaestione, emmersisse illustrius quanto illa iustitiae sapientiaeque pondere totam rem absolvisset. Verumtatem optimum factu duximus supersedere sententiae, quo et melius perpenderemus conveniret ne expediretque eamden rem auctoritate Nostra rursus declarari, et uberiorem divini luminis copiam supplices imploraremus.—Tum considerantibus Nobis ut idem caput disciplinae, etsi iure iam definitum, a quibusdam revocatum sit in controversiam, quacumque demum causa sit revocatum; ex eoque pronum fore ut perniciosus error gignatur non paucis qui putent si ibi Ordinis sacramentum et fructus reperire ubi minime sunt, visum est in Domino sententiam Nostram edicere.

Itaque omnibus Pontificum Decessorum in hac ipsa causa decretis usquequaque assententies, eaque plenissime confirmantes ac veluti renovantes auctoritate Nostra, motu proprio, certa scientia, pronunciamus et declaramus, Ordinationes ritu anglicano actas, irritas prorsus fuisse et esse, omninoque nullas.

Hoc restat, ut quo ingressi sumus *Pastoris magni* nomine et animo veritatem tam gravis rei certissimam commonstrare, eodem adhortemur eos qui Ordinum atque Hierarchiae beneficia sincera voluntate optent ac requirant. Usque adhuc fortasse virtutis christianae intendentes ardorem, religiosius consulentes divinas litteras, pias duplicantes preces, incerti tamen haeserunt et anxii ad vocem Christi iamdiu intime admonentis. Probe iam vident quo se bonus ille invitet ac velit. Ad unicum eius ovile si redeant, tum vero et quaesita beneficia assecuturi sunt et consequentia salutis praesidia, quorum administram fecit ipse Ecclesiam, quasi redemptionis suae custodem perpetuam et procuratricem in gentibus. Tum vero

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

haurient aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, sacramentis eius mirificis: unde fideles animae in amicitiam Dei, remissis vere peccatis, restituntur, caelesti pane aluntur et roborantur, adiumentisque maximis affluunt ad vitae adeptionem aeternae. Quorum bonorum revera sitientes, utinam *Deus pacis, Deus totius consolationis* faciat compotes atque expleat per benignos. – Hortationem vero Nostram et vota eos maiorem in modum spectare volumus, qui religionis ministri in communitatibus suis habentur. Homines ex ipso officio praecedentes doctrina et auctoritate, quibus profecto cordi est divina gloria et animarum salus, velint alacres vocanti Deo parere in primis et obsequi, praeclarumque de se edere exemplum. Singulari certe laetitia eos Ecclesia mater excipiet omnique complectetur bonitate et providentia, quippe quos per arduas rerum difficultates virtus animi generosior ad sinum suum reduxerit. Ex hac vero virtute dici vix potest quae ipsos laus maneat in coetibus fratrum per catholicum orbem, quae aliquando spes et fiducia ante Christum iudicem, quae ab illo praemia in regno coelesti! Nos quidem, quantum omni ope licuerit, eorum cum Ecclesia reconciliationem fovere non desistemus; ex qua et singuli et ordines, id quod vehementer cupimus multum capere possunt ad imitandum. Interea veritatis gratiaeque divinae patentem cursum ut secundare contendant fideliter, per viscera misericordiae Dei nostri rogamus omnes et obsecramus.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuius vis gradus et praeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari declarantes, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen Notariis subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides quae Nostrae voluntatis significationi his praesentibus ostensis haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo nonagesimo sexto, idibus Septembris, Pontificatus Nostri anno decimo nono.—

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

C. Card. de Ruggiero.—A. Card. Bianchi, *Pro-Datarius.*—Visa.—De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus.—*Loco* ✠ *Plumbi.*—*Reg. in Secret. Brevium.*—I. Cugnoni.

MONTE PÍO DEL CLERO

Nada más justo y caritativo que el excogitar medios de atender á la subsistencia, y remediar las necesidades de los venerables sacerdotes que, bien por avanzada edad, por enfermedades, ó por cualquiera otra causa, se hallan imposibilitados para ejercer su sagrado ministerio, y para procurarse por sí mismos lo necesario para subsistir.

A fin de realizar tan laudable pensamiento se publican las Bases principales de un *Monte pío*, que son las siguientes:

1.ª Se formará un capital, que produzca una renta fija, segura y bastante para socorrer á los que contribuyan á la creación de aquél.

2.ª Pueden ser socios contribuyentes todos los sacerdotes que perciben asignación del Estado, y también los que no la perciben, si pagan la cuota que se señalará.

3.ª Prestando cooperación todos los individuos del Clero del Arzobispado, y pagando cada uno mensualmente una peseta, ó sea doce pesetas al año, resultará un capital de 1.500 pesetas cada mes, y de 18.000 pesetas al año. En este cálculo se supone que han de contribuir todos los sacerdotes de la Archidiócesis, aunque no cobren asignación del Estado.

4.ª Empleado ese capital de 18.000 pesetas en papel de la Deuda exterior, producirá un rédito de 1.000 pesetas cada año. Dejando pasar cinco años sin dar pensión alguna, habría ya reunido un fondo disponible de 5.000 pesetas para destinarlas á socorro de los necesitados. Podrían ya ser auxiliados diez sacerdotes con una peseta cada día, al espirar el quinquenio, y aun quedaría algún sobrante.

5.ª Si se quiere lograr un auxilio diario mayor, por ejemplo de dos pesetas diarias, los contribuyentes deberían pagar para crear el capital del *Monte pío* dos pesetas cada mes en vez de una. Del mismo modo, si se desea principiar á distribuir pensión entre los necesitados al año de crearse el *Monte pío*, en vez de esperar cinco años á percibirla, sería menester que los asociados pagasen cada mes cinco pesetas, ó sea

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

60 pesetas al año. Tan luego como esté creado y completo el capital, cesarán de pagar cuota alguna los socios contribuyentes.

6.ª Para conservar y aumentar la vida del *Monte pío* habrá un Consejo general y una Junta administrativa, elegidos por los contribuyentes en la forma que prescriba el Reglamento redactado y aprobado por los delegados de los mismos.

7.ª En dicho Reglamento se establecerán los trámites que hayan de llenarse para declarar los sacerdotes que tienen derecho á la pensión, que, como es justo, será proporcionada á la cuota con que hubieren contribuído á la formación del capital del *Monte pío*.

8.ª Hay otra manera de crear el capital del *Monte pío*. Esa es la emisión de acciones. Emitiendo 1.500 acciones á doce pesetas cada una, daría el mismo resultado enunciado en la base 3.ª

Por orden de S. E. R. se invita á los Sres. Arciprestes, Párrocos, Ecónomos, Coadjutores, Capellanes y demás Sacerdotes de la Archidiócesis, que reputen provechoso y de utilidad común al Clero, el susodicho proyecto de *Monte pío*, á que se sirvan hacer y dirigir por escrito á esta Secretaría de Cámara, dentro del presente mes, y hasta mediados de Diciembre próximo, las observaciones que estimen convenientes, así sobre las mencionadas Bases, como sobre el proyecto en general.

Valencia 8 de Noviembre de 1896.—*Dr. Bonifacio Marín*, Canónigo Secretario.

SECCIÓN DE NOTICIAS

El Illmo. Sr. Obispo de Menorca, Dr. D. Salvador Castellote, ha adoptado ya el escudo de armas, que es como sigue: el Sagrado Corazón de Jesús en su centro, la cifra del nombre de María con una corona en campo dorado, el cordero del Apocalipsis sobre el libro de siete sellos en campo azul, un castillo en campo encarnado, un pino en campo de plata y las barras de Aragón. El lema escrito en cintas dice: *Verbo et exemplo*.

El día 1.º de los corrientes terminaron en la iglesia parroquial del pueblo de Serra, los santos Ejercicios espiri-

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

tuales que, durante la semana anterior, había dado el Reverendo P. Prudencio Solá, de la Compañía de Jesús, auxiliado del Sr. Cura Párroco, á los feligreses de dicho pueblo.

El lunes 26 de Octubre, por la noche, el Rvdo. P. Solá dirigió su elocuente y cariñosa palabra á todos los hijos del pueblo, manifestándoles el orden en que tendrían lugar dichos Ejercicios. El martes, miércoles y jueves predicó dicho Reverendo Padre, cuatro pláticas doctrinales; una por la mañana á los hombres; otra á las nueve, á los niños y niñas de las escuelas, á las tres de la tarde; otra á las mujeres y otra por la noche á todos los fieles.

El viernes, de nueve á once de la mañana, se celebró la procesión por las principales calles, cantando todos los niños y niñas varios himnos religiosos y plegarias á la Virgen Santísima; acto tiernísimo, por cierto, al ver más de doscientos niños alabando á Dios y expresando de diferentes maneras la alegría que sentían sus almas.

El sábado recibieron el Sacramento de la Penitencia un grandísimo número de fieles, y el domingo se celebró la Comunión general, que fué numerosísima y edificante por el orden y religioso respeto en ella observados. En el mismo día, por la tarde, se verificó la solemne entrada de la Imagen de Santa Teresa de Jesús, donativo de una familia muy devota y que fué la iniciadora del establecimiento de la Asociación de las Hijas de María en el citado pueblo. Seguidamente salió el Rosario recorriendo las calles con el mayor recogimiento y respeto, y á su llegada á la iglesia, el Reverendo P. Solá dió la Bendición Papal y se despidió cariñosamente de todo el pueblo, que conservará gratísimo recuerdo y procurará no olvidar las cristianas enseñanzas y buenos consejos que ha recibido en dichos Ejercicios.

El día 31 del pasado Octubre fué instalada en el pueblo de Tabernes de Valldigna una comunidad de las Hermanas de la Doctrina Cristiana, con el fin de encargarse del Hospital y enseñanza de párvulos.

Ha fallecido el Cura Párroco de Liria D. José Ramón Albert.

Rogamos á nuestros lectores le tengan presente en sus oraciones.

Se ha concedido autorización para establecer preceptorías de Latín y Humanidades en Ayódar y Ollería, á los Presbíte-

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

ros D. Salvador Carrascosa y D. Juan Bautista Almiñana, respectivamente.

El día 18 del pasado Septiembre publicó Su Santidad el Papa León XIII unas Letras Apostólicas relativas á la nulidad de las ordenaciones anglicanas.

En tan luminoso documento, que en otro lugar insertamos, Su Santidad, después de recordar las Letras que dirigió el año último á los ingleses «que buscan el reino de Cristo en la unidad de la fe», se remonta á la cuestión sobre las ordenaciones anglicanas en su mismo origen. Toma por punto de partida la época en la cual, bajo el reinado de Eduardo VI, poco después del cisma anglicano, se había públicamente introducido en el rito de las ordenaciones anglicanas una forma diferente de la que estaba en vigor en la Iglesia Católica. Bajo el reinado de María Estuardo y á su instancia el Cardenal Reginaldo Polo, Legado Pontificio en Inglaterra, envió á Roma una comisión especial con el fin de reconciliar la Iglesia Anglicana con la Iglesia Romana. Después de un maduro examen de la cuestión, el Papa Julio III, y más tarde Paulo IV, decidieron que aquellos que habían sido promovidos á las Ordenes Sagradas por otros que por los consagrados canónica y legítimamente, debían renovar su ordenación. Clemente XI, cuando se trató del caso práctico relativo al célebre Juan Gordón, adoptó la misma sentencia, decretando que debía *ex integro et absolute* ordenarse de nuevo por deficiencia en la forma de la ordenación.

Estas determinaciones son verdaderamente dignas de consideración, puesto que la doctrina de la Iglesia sobre este punto establece como base, el no verificar semejante renovación á menos que hubiere algún vicio radical. Además, según se infiere del documento actual pontificio, en la ordenación anglicana, no sólo aparece vicio en la forma, sino que se echa de menos la intención: es decir, que no se intenta lo que la Iglesia Católica se propone al conferir el Sacramento del Orden, á saber: conferir el poder de consagrar y ofrecer el cuerpo y sangre de Jesucristo, y administrarlo á los fieles.

A pesar de estos antecedentes, algunos católicos, llevados del deseo de facilitar el retorno de los disidentes á la unidad, han suscitado de nuevo esta cuestión. Su Santidad confió, en vista de esto, su examen á una comisión de teólogos, no sólo en atención á su ciencia y erudición, sino también en razón de las múltiples opiniones sobre el particular. Después de

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

doce sesiones, donde ellos pudieron exponer libremente su modo de pensar, el Soberano Pontífice quiso que le sometieran el resultado, tomando después consejo de los Cardenales. Examinada ya esta causa totalmente, después de implorar las luces del cielo, Su Santidad dió la sentencia que promulga en su Bula Apostólica. Confirmando, pues, el Soberano Pontífice los decretos de sus predecesores sobre esta cuestión, los renueva *motu proprio* con la plenitud de su autoridad y proclama que las ordenaciones hechas según el rito anglicano han sido y son irritas y enteramente nulas. León XIII se dirige finalmente á los disidentes anglicanos y especialmente á los sacerdotes. Les renueva su paternal invitación de volver á la unidad católica, porque sólo en la verdadera Iglesia de Jesucristo encontrarán la fuente de la autoridad espiritual y del ministerio sagrado.

En el pleito que se seguía en el Juzgado del Mar sobre posesión de la iglesia de San Juan de la Ribera, el Juez de primera instancia de dicho Juzgado dictó la sentencia el sábado pasado, cuya parte dispositiva dice así:

«Fallo: Que debo declarar y declaro haber lugar al interdicto de recobrar la posesión de la iglesia de San Juan Bautista, conocida por San Juan de la Ribera, de la que ha sido inquietado y perturbado al señor Cura de la parroquial iglesia de Santo Tomás de esta ciudad, de la que aquélla es filial, manteniéndose al dicho señor Cura en la posesión de la misma, requiriéndose á los perturbadores D.ª Joaquina Cortés y D. Arturo Brugger, para que en lo sucesivo se abstengan de cometer tales actos de despojo ú otros que manifiesten el mismo propósito, bajo el apercibimiento que corresponda con arreglo á derecho; repóngase al indicado señor Cura de la parroquia de Santo Tomás inmediatamente en la indicada iglesia de San Juan de la Ribera; y se condena á los demandados D.ª Joaquina Cortés y D. Arturo Brugger, al pago de todas las costas causadas en este juicio, daños y perjuicios; todo sin perjuicio de tercero, reservándose á las partes el derecho que puedan tener sobre la propiedad ó sobre la posesión definitiva, el que podrán utilizar en el juicio correspondiente...»

Valencia: Imprenta de Nicasio Rius.—1896.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Epoca II. Viernes 20 de Noviembre de 1896. N.º 1238.

BOLETÍN OFICIAL

DEL

ARZOBISPADO DE VALENCIA

SUMARIO.—Carta pontificia sobre la difusión de la buena prensa.—Carta de Su Santidad aprobando el pensamiento de solemnizar el fin del presente siglo.—**Sección oficial:** Circular sobre la publicación de la Bula de la Santa Cruzada.—*Secretaría de Cámara:* Circular disponiendo la presentación de las cuentas de Culto y Fábrica.—Circular sobre las Bulas de la predicación de 1896.—Temas para las conferencias teológico-morales del próximo Diciembre.—**Sección doctrinal:** Nuevos privilegios concedidos por Su Santidad León XIII á los terciarios franciscanos.—Resolución de la S. C. de Obispos y Regulares sobre religiosas de votos simples.—Resolución importante sobre redención de censos.—Sección de noticias.—Suscripción para costear una campana en Yátova.—Suscripción para el *Dinero de San Pedro.*

CARTA PONTIFICIA

SOBRE LA DIFUSIÓN DE LA BUENA PRENSA

A NUESTRO QUERIDO HIJO MAXIMILIANO ZARA, PRESIDENTE DE LA SOCIEDAD DE SAN PABLO, PARA LA DIFUSIÓN DE LOS ESCRITOS CATÓLICOS.

LEÓN XIII, PAPA

Querido hijo, salud y bendición Apostólica

Con motivo de la solemnidad anual de San Joaquín, Nos acogimos con verdadero gozo las felicitaciones y los votos de su Sociedad de San Pablo, fundada para la difusión de las obras católicas.

El placer que Nos experimentamos al recibir esos votos aumentó aún más cuando Nos supimos por su carta que Dios ha enriquecido su obra con excelentes frutos que han servido para coronar tu celo.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

No hay ni puede haber nadie que se precie de sensato y honrado que no deplore la difusión sin cesar creciente de los malos libros; diariamente nos demuestra la experiencia cuán grandes son los daños que causan esos escritos en la piedad y en las buenas costumbres.

Nos queremos, pues, que tú, tan saludable obra, ya alabada por Nos en otras ocasiones, sea encarecida de nuevo por nuestra recomendación; Nos queremos de este modo que los católicos se dispongan con mayor energía á consagrar sus recursos y su celo en el acrecentamiento y sostén de esta asociación.

En cuanto á tí, querido Hijo, que Nuestra benevolencia te dé nuevas fuerzas para proseguir valerosamente tus tareas. Cuantos más hombres puedas arrancar al peligro de las malas lecturas, más benemérito serás para el interés general.

Y á fin de que te alientes más con las gracias celestiales, tan necesarias para el sostenimiento de tu celo, Nos te acordamos muy afectuosamente en el Señor la bendición apostólica á tí y á la Sociedad, de la que eres presidente.

Dada en Roma, cerca de San Pedro, el 7 de Septiembre del año 1896, décimonono de nuestro Pontificado.

LEÓN XIII, PAPA.

CARTA DE SU SANTIDAD

A NUESTRO QUERIDO HIJO DOMINGO DE LA S. R. I., DEL TÍTULO DE SAN ONOFRE, PRESBÍTERO CARDENAL SVAMPA, ARZOBISPO DE BOLONIA.

LEÓN, PAPA XIII

Querido Hijo nuestro, salud y bendición Apostólica

Elevados por la Divina Providencia en tiempos dificilísimos á la Cátedra de Pedro, no deseamos más que procurar por todos los medios posibles á la familia humana, demasiado trabajada por sus largas discordias, la paz, origen de todos los bienes.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

Siempre se dirigieron á este fin nuestros pensamientos, y por ello en diversas Encíclicas hemos tratado del orden de los Estados, de la verdadera libertad, de la condición de los obreros, de la santidad del matrimonio, y finalmente del as insidias que el socialismo con sus utopias y las sectas con sus engaños preparan á la sociedad.

Ultimamente, al avanzar nuestra edad, viéndonos hoy al fin de nuestros días, nos plugo invitar de nuevo á los príncipes y á los pueblos todos á establecer y mantener la paz y á enseñar á todas las gentes la Iglesia de Jesucristo como vínculo seguro de unión, teniendo en el Señor viva confianza de que el siglo próximo deba inaugurarse con los auspicios de la suspirada concordia.

Para secundar estos nuestros votos, inspirados por el paternal afecto del alma, algunos insignes personajes tuvieron el pensamiento de significar con una solemne y universal manifestación religiosa el fin del presente siglo. Nos aprobamos completamente este designio; y si bien por los grandes beneficios con que Dios premia la piedad de los fieles, debemos movernos á rendir á la Divina Providencia la debida acción de gracias, es también necesario en otro aspecto que los corazones se exciten á implorar con humilde y fervorosa plegaria las divinas misericordias para los acontecimientos humanos.

¡Qué escuche el clementísimo Dios los gemidos de los que oran, y aplacado con la sangre de Cristo Redentor, acuda piadoso en auxilio de Sión! Mientras tanto que obtenga el favor y la ayuda de la gracia celestial este óptimo deseo de los fieles, sea auspicio de éste y testimonio de nuestra benevolencia la apostólica bendición que á tí, querido Hijo nuestro, y al Comité promovedor de estas fiestas damos en el Señor con el mayor afecto.

Dado en Roma junto á San Pedro el día 19 de Julio del año 1896, décimonono de nuestro Pontificado.

LEÓN, PAPA XIII.

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

SECCIÓN OFICIAL

El Emmo. Sr. Comisario Apostólico general de la Santa Cruzada, se ha dignado remitirnos las letras siguientes:

✠

ANTOLÍN, POR LA MISERICORDIA DIVINA,

DEL TÍTULO DE SAN AGUSTÍN, IN URBE, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA PRESBÍTERO CARDENAL MONESCILLO Y VISO, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, PATRIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, CAPELLÁN MAYOR DE SU MAJESTAD, CANCILLER MAYOR DE CASTILLA, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN ESPAÑOLA DE CARLOS III Y DE LA AMERICANA DE ISABEL LA CATÓLICA, SENADOR DEL REINO, COMISARIO GENERAL APOSTÓLICO DE LA SANTA CRUZADA, ETC., ETC.

A vos, nuestro venerable Hermano en Cristo Padre, Eminentísimo y Rvdmo. Sr. Cardenal Arzobispo de la Diócesis de Valencia. Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.

Por cuanto la Santidad de León XIII, que felizmente rige la Iglesia, se dignó prorrogar, con fecha diez y siete de Mayo de mil ochocientos noventa, por el tiempo de doce años la Bula de la Santa Cruzada, y con fecha veintiséis de Abril de mil ochocientos ochenta y siete por diez años la del Indulto Cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se había de destinar á las atenciones del culto divino, y el de la segunda á obras de caridad y beneficencia, y que los Señores Obispos fuesen administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas Diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, á cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, Indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los señores Curas párrocos de vuestra Diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre, y para que las personas que nombrareis para la expendición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen á las instrucciones que les diereis.

La limosna que está señalada para cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfa-

PDF compression, OCR, web optimization using a watermarked evaluation copy of CVISION PDFCompressor

